

Ge 77.



Ex Bibliotheca Breithaupt.
const. 14 ff.







(aut. J. Cons. Knauth)

an 1

AUGUSTÆ
BEICHLINGIORUM

ORIGINES,

AULÆ SAXONUM AUGUSTÆ
REGIÆQUE POLONORUM
MAGNO

CANCELLARIO

ATQUE SANCTIORI SENATORI,
ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

WOLFGANGO-DIETERICO

S. I. R.

COMITI BEICHLINGIO,

Dominii perincluti Hoyersverdensis Domino,

HEROI,

quâ datum est Summo

S.



Dresdæ apud Mauritium Bodenehr, Chalcographum.

ANNO ALTERNANTIS ÆRÆ JUBILEO,

Typis Schrötelianis.


AUGUSTE
BIBLIOTHÈQUE


MUSEUM
DOMINE

CAROLUS

ILLUSTRATION

WOLFGANG





ILLUSTRISSIME COMES,
DOMINE GRATIOSISSIME.

C*l*nus *Mecænas*, Etrurix regibus atavis editus, summis in deliciis erat suo **AUGUSTO**, quem Divum genus atque servatorem mundi gentes per orbem terrarum passim salutabant. Uterque delectabatur familiaritate & consortio P. Virgilii Maronis & Q. Horatii Flacci poetarum non sui tantum seculi, sed omnis ævi inter Romanos principum, qui utriusque heroicæ virtutes & gloriosè gesta carmine, quæ humano datum ingenio est, summò decantarent. Id quod impulit J. B. Mantuanum, Italum, utriusque memoriæ & laudibus quasi dicterio quodam alludere:

Sint Mecænates, non deerunt fortè Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.

Uti nullus *felicior Augusto*, ita nemo *melior Trajano*: Huic C. Plinius junior Novocomensis, vir

P R Æ F A T I O.

eloquentia, virtute & sanctitate vitæ atque morum (a) aut maximus ipse, aut inter maximos seculi sui viros reputandus, Panegyricum dixit omni elegio nobiliorem. *Carolus* ille *Magnus*, [cui universa Germania, & imprimis Saxonia nostra, cum boreali tractu, initia debet nominis Christiani, longamque seriem Episcopatum & Archidiaconatum, quæ asceteria quondam erant pietatis, eruditionis & virtutum, funditus excitatorum] vitæ gestorumque præconem aluit *Eginhardum*, Saxonem, generum suum, aulaeque regiae Cancellarium & Historicum, elegantiam & puritatem dictionis omnium sui ævi principem (b). Summum Imperii culmen ad Germanos translatum primi intra Germaniam firmarunt Saxones, magni illius *Vittekindi* gloriosissima propago, duo *Henrici* & tres *Ottones Augusti*: horum laudes meritaque istius ævi ferè unicus scriptor, *Ditmarus*, Antistes Merseburgensis, Misnicæ ditionis, ex Comitibus Saxoniae oriundus, nobili Commentario posteritati commendavit. Ille enim est (c), cujus fidelissimis lucubrationibus in hac rudis ævi caligine veluti face utimur: cujus Chronicon, unicum hujus ævi thesaurum, jam olim par fuerat erui è tenebris, vel unius *Henrici* [*Aucupis*] Imperatoris causâ, cujus acta complectitur, ne damnum diu optimi fortissimi que Saxonis res unâ sepultæ delitescerent.

Quid

(a) Augusti elogio Buchneri. (b) Judice G. S. Vossio in Tr. de Hist. lat.
(c) Verbis utitur Andr. Brunneri P. II. Annal. Boj. L. IX. f. 677.

P R Æ F A T I O.

Quid de **AUGUSTO** nostro? Qui, uti veris-
simus nominis interpres, undique augustus & sibi sem-
per similis, omni fortunam (ut Lucani verbis utar) pro-
vocat horâ,

- - - *Curibus* parvis & paupere terra
Missus in imperium magnum (a);
ex Principe Princeps-Elector, ex Electore delectus tam
vasti imperii Rex, tot contra nitentium competitor, vi-
ctor, Triumphator, semper superior, omnibus impar: di-
vini Platonis edictum secum reputando, *nullam fe-
licio rempublicam esse, quàm ubi do-
cti regnant, aut principes philosophantur,*
armis consilia potius habens, utriusque aulae, & regiae &
electoralis, regimen Consiliariis munivit, dexteritatis at-
que eruditionis gloriâ præfulgidis: virtute duce, comite
fortunâ, fortunante DEO, ipse regium conscendens soli-
um Polonorum, augustæ prosapiae V Vittekindorum rega-
le decus restituit, idque post extinctum **HENRI-
CUM I.** Germanorum semper-Augustum, omni en-
comio majorem, cœloque suo redonatos *Ottones*

A 3 *augu-*

(a) Virgil. Æneid. VI. §. 812. seq. Hoc Cumanæ Sybillæ de Ænea vaticini-
um Lusû fortuario (nec sine augurio) obtigit in erudita societate Patavi-
nâ, Saxoniae nostræ quondam Alexandro, MAURITIO, quem uti in-
comparabili Martia virtute, ita atavum AUGUSTUM (fratrem Mauri-
tii, & hæredem-succefforem), augustali fulgore æquat augustissimus Rex
noster.

P R Æ F A T I O.

augustissimos, suæ gentis primus : Lineæ verò suæ
VVettinensis, quæ VVirtekindum juniorem proavum ha-
bet Rex omnium primus, omnium augustissimus. VI-
VAT AUGUSTISSIMUS REX NOSTER (veteri for-
mulâ, sed voto semper novô) FELICIOR AUGUSTO,
MELIOR TRAJANO !

Hujus verò sidera, & regnandi artibus, & doctrinæ
sublimioris cultu conspicua, dum animò contemplor ;
Concede, *DOMINE*, ut in Laudes Tuas ferar !
Cum quò veterum, aureæ illius Romæ procerum, sat
aptè Te conferam, digniorem *Mecœnate* non video :
Qvi augustis natus atavis Cor *Augusti* tenes, regio
sanguine clarus Regi asides, Augustæ aulæ delectus Pur-
puratus splendore regiam comples, consiliis firmas : San-
ctior *Augusti* Senator, & magni Sigilli Custos, secre-
ta aulæ dirigis : allectus regni particeps, & belli & pacis
ardua venerabili ore manûque moderaris : qvi *Cilnii*
instar illius inter illustres Patriæ, aulæque Augustæ Eru-
ditos, principatum obtines, & eruditis faves, devotos
foves, fovendoque juvas. Sed, ô quàm (b)

Pulchrum eminere est inter illustres viros,
Consulere patriæ, parcere afflictis, ferâ
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quietem, seculo pacem suo !
Hæc summa virtus, petitur hâc cœlum viâ.

(b) Verba Senecæ.

Ut

P R Æ F A T I O.

Ut verò ad id me accingam, quod cardo propositi est, ab origine repetiturus tum vetustatem nominis, cum gloriam gentis *Beichlingianæ*, & alti Stemmatum propaginem, quæ sanguine Reges attingit (a) ipsamque augustam Saxonum quondam Domum, & Principes Imperii affinitate æquat: maxime doleo, Vulcani & Martis nequitiis chronicos gentis Libros primarios jamdudum periisse: Hinc, quæ in medium producturus sum, plurium annorum spatium hinc-inde, quasi sparsa Sibyllæ folia colligere necesse habui, in id maxime intentus, universi Misnici & Saxonici nominis, Nobilitatis. & ipsius Patriæ adeo gloriosissimæ, antiquitates & momenta, singula atque universa pro virili eruere, styloque adornata historico aptiori ordine ac methodo posteritate redonare.

(a) Testes hujus elogii allego, post Ditmarum & Monachum Bigaug. apud Maderum, Geo. Fabricium l. III. Origg. Sax. f. 338. Albinum in Chron. Misn. Tit. XIX. & in Progymn. novæ Sax. Hlft. p. 121. item in Geneal. Comitum Leisnic, sub Wiperto III. Groicensis, Sigism. à Bircken & Nepotem Sax. Tab. IV. Geneal. Wittek. Lit. H. hisque plures tam veteres quam recentiores, inque his Andr. Hoppenrodium in Albo, f. Geneal. Principp, & nobilium Familiarum, per mille annos in Saxonia florentium &c. & Eliam Reufnerum in Auctario Basil. operis Geneal. Cathol. fol. 117. Venerabilem Spenerum P. II. Op. Herald. fol. 302. Notanda imprimis verba Albini in hist. Wipert. III. c. L. Fuit autem CUNO Comes Bichlingensis è Saxonica Wittekindea familia serenissima oriundus, ideoque & *nobilissimus Princeps* à Pegaviensi dicitur, filius videlicet Ottonis, Saxonie Bavariæque Ducis, qui & Visurgianus interdum dictus est, & hostis Henrici IV. Imp. præcipuus fuit in Saxonia, pater Henrici Crassi Comitum Northemii in Frisia occisi. Ab hoc Cunone s. Conrado, cum vetus illa Stirps Bichlingensium, quæ in Chronicis Thuring. à Julii Cæs. temporibus fabulosè, ut puto, deducitur, extincta esset, novam Comitum Bichlingensium familiam fundavit, quæ paulò ante nostra tempora & ipsa desit, & cujus bona nobilissima Wertherorum familia nunc tenet &c. hæc Albinus. add. Btutusius in Chron. Saxo-Halensi p. 30. & 26. ubi ex vetusto catastro s. catalogo Procerum Saxonis, tempore Constantini Pogonati consignato, 3400. vasallos militares *Baroni Beichlingio* assignat, militiae Saxonice partem ordinariam & quasi hæreditariam constituentes, circa A. C. 680.

PrimiComi-
tes Beich-
lingani.

Romanam *BEICHLINGIORUM* originem, ex vetusto quodam MSCtô Thuringico celebrat *Wolfgangus Wertherus*, brevi quadam historia, quam *Arci Beichlinganae*, emptionis jure ad gentem suam translatae atque ab se splendide instauratae. A. clō lō LXX. inscribi curavit. Primum fundatorem Sedis Beichlinganae ad Onestrum, primi Imperatoris Romani atque fundatoris Monarchiae Christianae, C. Julii Caesaris temporibus in has oras appulisse, non equidem repugno, non ignarus eorum, quae Chronicon Coloniense tradit, aliquot nobiles & illustres familias ductu C. Julii Caes. & M. Ulpii Trajani Imp. ad Littora Rheni pervenisse, sensatim moribus Germanorum assuetos Rhenum superasse, nummis instructos sedes sibi hinc-inde per Germaniam magnam ac feram (uti cultiori Romae tunc audiebat haec Trans-Rhenana) elegisse atque fundasse, inque his nobiles Liskerchios, Barones Wildenfelsios & Romhildenses, Comites Hennebergios, & hos ipsos *Beichlingios*: ex quibus Annales celebrant vetustissimi *ERPONEM* quendam, conditorem urbis Thuringiae, *ERFURTI*, teste veteri rhytmô, quem Marcus Wagnerus Frimariensis, S. Caes. Maj. Antiquitatum Inquisitor per Europam (ita audire maluit) in *Regno suo Thuringiae* parietibus cœnobiorum suo tempore adscriptum allegat:

ERP Baro (b) de *BEICHLING* urbem fundavit in oris Tyrigetis, *ERPFURT* præclaro nomine dictam.

Erphurdum inquam, at quantam urbem, quam non urbem sed orbem Thuringiae [b] vulgus Thuringorum salutat. Hanc inquam Beichlingius s. Comes s. Baro (c) fundasse perhibe-


(b) Die Haupt-Stadt in ganz Düringen ist Erfurt/ welche der gemeine Mann das ganze Land nennet &c. ita legitur ap. Adr. Beyerum in Geogr. Jen. p. 107.

(c) Antè Carolum M. Comitum titulus Germanis nostris trans-Rhenanis ignotus penè fuit atque infvetus, qui terras suas per pagos dividebant, pagos Dominiis s. Baronatibus, distinguebant, & Principes pa-

ERPO,

CONRADI

PRIMI COMITIS BEICHLINGENSIS AUGUSTA ORIGO.



LUDOLPHUS Thuring Marchio @ 1054.	X	HOLTRUDIS, Balduini II Flandr. Com. Filia.
BRUNO Dux Saxo-Brunsvic. @ A. 1014.	IX	GOSELA, Vandalorum Princ. Conr. II. Imp. et.
BRUNO Dux Brunsv. March. Sax. @ 1006.	VIII	HILDESWANDA, ex Comitibus CROATIAE,
HENRICUS Dux Bavarie, @ A. 955.	VII	JUDITHA, Arnolphi Bavari Filia.
HENRICUS AUGERS ROM. IMP. @ A. 936.	VI	MATHILDIS, Comes Oldenb. et Ringelheim.
OTTO Magnus Dux Sax. elect. Rom. Rex @ A. 916.	V	HEDWIGIS, Arnolphi Imperatoris Filia.
LUDOLPHUS Magnus Dux Saxon. @ A. 869.	IV	ODA, Francon. Ducis Filia, @ Anno aet. 107. nio.
BRUNO Dux Saxonie, @ A. IXCXIV.	III	SVATANA, Comitiss de Rotenfahri Filia.
WIPERTUS Dux Saxon. @ A. DCCCXXV.	II	SINDEGILLA, Radebothi Frisonu Ducis Filia.
WITTEKINDUS M. REX SAX.	I	GEVA, GOTHORICI DAN. R. F.



HISTORIA BEICHLINGIANA. 9

habetur, seculô post C. N. quinto æterna nominis Beichlingiani gloriâ.

Circa A. C. DCCCCXXX. gloriosissimus Saxo, *Henricus I.* per totam Germaniam & fines Imperii Romani rerum potiri cœpit, inter hæreditarias dictiones, quas à patre Ottone, magno Saxone ad Visurgim, acceperat, Thuringiam quoque numerans, caput Thuringiæ Erphurtum mœniis primus cinxit, oppida & arces ab injustis inuasoribus occupatas passim vindicavit, suum cuique restituit, Proceres Thuringiæ beneficiario jure sibi obligavit, quorum ditiones, cum unus alterque mascula sine prole decederet, patrimonio Principum, tunc Imp. accreverunt, inque his successu temporis Beichlinga. Hanc ultimis annis *Otonis M.*, *Henrici primogeniti Imp. Augusti* adhuc, tenuit *Dietericus Comes Beichlingius*, quem ludis equestribus, A. C. DCCCCLXIX. solennissime Martisburgi celebratis, atque à Ridaco Marchione Misniæ institutis, interfuisse legimus in libb. Trojanorum Germanorum (d).

Extinctâ hac nobili Romanâ (e) ut traditum est familia, quod tempore *Henrici II. s. Sancti*, ultimi augustæ Saxonum familiæ Imperatoris, accidisse reor, *Beichlingana*, di-

DIETERI-
CUS.

Moderni
Comites
Beichlingi.

B tio

gorum eligebant. Factum inde, ut, quos Comitum dignitate ornaverat Carolus Imperator, atque beneficiariis ditionibus sibi devinxerat Barones, utroque axioma (des H. N. N. Grafen und Edle Herren) innotescere malebant, e. g. *Marck und edle Herrsch Landsberg/Grass und Edler Herr zu Supplinburg/Mansfeld/ &c.* ut minus adeo mirum sit, *Erponem*, qui prima rudimenta Erphurti jecit, Baronis potius quam Comitum *Beichlingii* titulo insigniri. Astipulantur nostræ sententiæ Brotusius in Geneal. Principum Anhalt. ubi specificè nominantur die *Edlen Herren zu Engern/Ascanien/Beichlingen/Lippe/Hoye/Spiegelberg/ &c.* Reineccius, von der Meißner Anfunfft und des Adels Herkommen/ & Spangenb. im Adelsp.

[d] Add. Münsterus L. III. Cosmog. cap. 449. num. 4.

(e) Num intermedia quædam familia Saxonica Romanam hanc intercesserit & illam, quæ in *Conrado* demum cœpit, *Otonis Visurgani* filiô, ex

tio pervenit ad *CONRADUM* sivè *CUNONEM*, Heinrici Aucupis, Imp. gloriosissimi, ex *Ottone*, Saxonum ad Visurgim atqve Bavarorum Duce, trinepotem, qui primus apagnagii sorte (als ein abgetheilter Herr) *Comitis Palatini Saxonici & Beichlingiani* titulò uti cœpit, sedemqve sibi ac posteris elegit arcem *Beichlinganam*. Hujus, uti alti Stem-
 I. matis, cujus apicem, *DOMINE*, tenes, fundatoris origines repetere, non supervacaneum erit. *WITTEKINDUS* Magnus, ultimus Regum, primus Ducum utriusqve Saxonix, tot Regum, Principum, Comitum, communis radix, primam thori sociam habuit *Gevam*. Gothorici Danorum

Re-
 augusta Impp. Sax. familiã oriundo, & ad nostram usq; ætatem perdurat, scrupulum non levem movent quæ adducit Spangenbergius P. II. *Udel. Sp. Lib. VII. c. 18. vom Sächß. Udel. ex magnificis Thuringia viris* (ita Pontifici Rom. in literis ad Bonifacium, Thuringorum Apostolum, circa A. C. 720. perscriptis audiunt apud Leznerum in V. B.) primariis Saxonum familiis atq; proceribus annumeratos quoq; fuisse *Beichlingios*, è quibus Tetrarchas suos pace belloq; potentes eligere, Saxones consueverant. Hos non nisi indigenas Saxones ad summam rerum admisisse, facile comprobabit, qui genium Saxonum vel leviter perspectum habet, quippe quibus Romanum nomen & omne exterum imperium infestum erat. Accedit, post extirpatos Thuringiæ reges omnem terram, quæ à sinistra Onestri ripa Hercyniam versus tendit, victores Saxones sibi vendicasse. nominisq; sui monumentum, & quasi terminum utriq; terræ, excitasse Saxoburgum, in territoriò vetustissimi Comitatus *Beichlingiani*. Confer chron. Thur. Anon. quod 1685. Gothæ prodiit p. 494. Verba suprã allegata Spangenbergii moverunt, ut videtur, eruditum Autorem Chron. Thur. modò dicti, p. 232. lin. 4. ut crederet, *Beichlingios quondam habitasse in Saxonix*, cum tamen ipsi Saxones ditionem *Beichlinganam* cis-onestranam, Hercyniam versus sitam, jure belli (temporibus nimirum Theodorici Austrasiæ & Hermenfriedi ultimi Thuringorum regum, trecentis annis antè Carolum & Wittekindum M.) finibus suis asseruerint ad tempus, quæ hodiernum Thuringiæ adscribitur ut antè, mutato rerum statû sub Landgraviis, cum Ludovici Schönburgii nepos primi hereditarii titulò à focero suo, Lothario Saxone, insigniretur. Distinguendum adeò in-

AUGUSTA BEICHLINGIORUM ORIGO. H

Regis filiam, matrem *WIPERTI*, Ducis Saxoniae, Angriae, Westphaliaeque, natu majoris Wittekindi filii : Hic cum *Sintecilla*, Radebothi Frisonum Principis filia, genuit *BRUNONEM*, Saxonum Ducem : cujus frater, Wigpertus Ringelhemius, familiam Comitum Oldenburgensium, modernorumque Regum Daniae & Ducum Holsatiae fundavit, fundator simul arcis Oldenburgiae. Brunoni peperit *Svana*, Wolfradi Rothenfahnensis Comititis, à quo Montfortii Duces descendunt, filia *LUDOLFUM*, ob res contra Normannos Vandalosque fortiter gestas ab Imp. Ludovico IV. declaratum primum magnum Ducem Saxoniae, ex *Odâ*, Willegisi Francorum oriental. Ducis filia (centum septemque annorum, cum vivis excederet matrona) patrem factum magni illius *OTTONIS* ad Visurgim (f), augustae Saxonum Familiae gloriosissimi conditoris, electi Romanorum Regis &c.

II.
III.
IV.
V.

B 2

Hic

ter Saxones & inter Saxoniam, habitârunt quidem inter Saxones (novos & quasi intercalares partis Thuringiae victores-colonos) *Beichlingii*, sed non in Saxonia. *Dietericum* verò illum *Beichlingium*, quem ludis Circensibus Merseburgicis A. C. 968. interfuisse audivimus, familiae intermediae Saxonicae [si tamen quaedam Romanam illam, hancque Wittekindeam, de qua jam dicturi sumus, intercessit] accensendum esse reor, & fortè ultimum suae stirpis, quae Tetrarchas quondam Saxonibus dedit. Superaddimus verba Petri Albini in Progymn. Novae Sax. Hist. p. 23. quae tamen eandem ferè cum sententiâ Thuringi illius censuram merentur: Bichlingensis Familia, cui in Thuringia cognominis arx est, cum sola ex Thuringicis familiis referatur inter Saxonicas, opinor, hujus nominis fuisse in Saxonia, undè in Thuringiam deinde profecti sint. Constat quidem, Bichlingensem Familiam conditam esse ab Ottonis, Ducis Visurgani & Bavariae, qui sub Henrico IV. vixit, posteris. Euzelis inter Westphalicas ponit: qui alias de Swartzburgia, Glichenfi, Orlamundana & Vinariensi dicit, ex Gothicis esse oriundas, &c. Hæc Albinus.

(f) Ob potentiam & auctoritatem, quâ omnes Germaniae Principes antebant, communi elogiâ salutatus, *der grosse Herkog an der Weser*.



12 AUGUSTA BEICHLINGIORUM ORIGO.

VI. Hic enim cum *Hedwige*, Arnolphi Imp. filia augustali, post Brunonem & Dancwerum, Brunonis vici, & Domus simul Brunsvicensis primævæ conditores, progenuit *HEINRICUM I.*, quem *AUCUPIS* caractere antiqvitas distinxit, (g) primum è Saxonibus, & ipsis Germanis post extinctos Carolingos Imperii Romano-Germanici Semper-Augustum: cujus immortalibus meritis, & rebus pace belloque, domi forisque stupendè gestis, non statuat Germania debet, sed seipsam, summamque rerum. Hujus enim atque filiorum, Ottonum augustissimorum gloria, fortibus pariter ausis & maximis victoriis insignium,

VII. transcendit omnis temporis historias.

Post fata Hatburgis Merseburgicæ *HENRICUS* gloriosissime dictus secunda vota dedit *Mathildi*, agnati sui *Dieterici*, Comitis Ringelhemii atque Oldenburgensis filix, cum quâ progenitus est (post *OTTONEM* illum augustissimum, quem Magni elogiò antiqvitas insignivit) *HENRICUS*, primarius Dux Bavarix, bellis Bavaricis, Italicis, Hungaricis &c. gloriosus, pater *BRUNONIS* (cujus ex fratre Henrico nepos,

IX. (g) Submonendus hinc nobis L. B., non deesse, qui Henricum hunc Aucupem cum suis majoribus à *Brunone*, fratre Wittekindi M. deducere malint, inq; his Spalatinum, Agricolum, Fabricium, Dav. Chytræum, pugnacem in contra sentientes Scriptorem: nos suis de causis secuti, h. l. fumus Albertum Crantzium, communem Saxonum Historicum, sat celebrem satis antiqvum: quem etiam secutus est Petrus Albinus & Elias Reusnerus in vastò opere Genealogicò, & qui hos sequuntur, Sigismundus Betulius in Theatro Sax. & Nepos Saxonicus, Autores Scholis probati. Neq; improbare sententiam nostram videtur magni apud nostrates nominis Historicus, C. S. Schurtzfl. in pereruditâ Diss. de Wittekindo M. §. 6. & 14. insertâ simul Tab. Wittekindi. sed & editore in præfixâ Tab. Geneal. Chronici Ditmari Merseb. Primarii Augustæ Saxonum Familiæ Scriptoris, & coævi, cujus laudes supra recensuimus. Brunonem verò, fratrem Wittekindi, ἀπενον vita decessisse multi credunt,

pos, Henricus Sanctus, Familiam Saxonum Augustam terminavit) Brunonis via Domini & Marchionis Saxonici, matre *Juditha*, Arnulphi Alaistoris, Bavarorum tunc Regis & Anti-Cæsaris, filiâ prognati. Hic cum *Hildeswinda* Comite Croatiae familiam propagavit in **BRUNONE**, uti nominis paterni ita possessionum unicô hærede, qui matrimonium iniit cum *Gisela* Henetorum Principe: Hanc post fata Brunonis thori sociam ascivit Ernestus Dux Sveviae, hocque demortuo Conradus Saliquus, Rom. Imp. Duxque Burgundiae &c. Filius Brunonis & Gisela hujus augustae celebratur **LUDOLPHUS**, Marchio Thuringiae, qui Merseburgi [ubi & ossa ejus super sunt) decedens reliquit ex *Hiltrudi*, Balduini II. Flandriae Comitis filia, post Ecbertum fortem bellatorem & conditorem Gvelfherbyti, & Brunonem IIX. prælio extinctum, indeque Hermannum Comitem Palat. Saxoniae &c. **OTTONEM** demum illum, magnum (ita Genealogicis audit) Saxonem ad Visurgim, Ducem Bavariae, Comitem Northemii &c. **BEICHLINGIANÆ** Familiae Conditorem in **CUNONE** sive **CONRADO**, cum *Cunissa* s. *Conradina*, Principe Bavariae progenitô, Palatino Sax & **COMITE BEICHLINGIANO**, Familiae suae augustalis primô. Frater Conradi natû major, *Henricus Crassus*, Comes Northemii, gloriosa morte desiit in debellandis Frisiis infidelibus, relinquens ex *Gertrudi*, Ecberti I Marchionis Saxo-Brunsvicensis (h) filia-hærede 1. Hermannum, Antistitem

IX.

X.

XI.

XII.

Conradus primus Comes Beichling. © A. 1103.

B 3

Colo-

(h) Magna est confusio Scriptorum inter duos *Ecbertos* Saxoniatotidemq; *Eccardos* Misniae, Marchionis utrinq; patrem & filium, utrosq; de principatû Thuringiae participantes. *Ecbertum II.* primi filium, Marchionem Sax. & Thuringiae, cum terris suis exuere allaboraret Dedol. Marchio Lusatiae, Burggravius Sorbecensis, Comes Wettinensis (cujus uxor erat Bertha, Wiperti sen. Groic. filia) nec tamen posset, arcem *Beichlingan* armatâ manû invasisse, sed poenas injustae occupationis dedisse propriis ministris, legitur apud Eliam Reusnerum (& quos ille prævios habet) in *Geneal. Wittek.* fol. 173. ad A. C. 1061, add. *Chron.*

Coloniensem. S. I. R. per ditiones Italicas Archi-Cancellarium & Principem-Electorem : 2. filiam-hæredem Richsam, quam in Lotharii Saxonis Imp. augustô thalamo reliquit : 3. filiam Gertrudim, Henrico seniori Marchioni Misniæ desponsatam primâ vice, alterâ verò Conrado, Electori-Palatino Rheni. Minor natû *CUNONIS* frater *Siegefridus*, Comes Bomenburgius, filium habuit cognominem, hujus nominis tertium, quem *Comitis* quoque *Beichlingii* titulô ornat *Wolfg. Lazius, Historiogr. Cæsar.* De quô tamen nostri nihil certi affirmant (i). Sorores *CUNONIS* nostri (primi *Comitis*) fuere 1. *Ida*, Thimoni Marchioni Misniæ primô voto desponsata, secundô Gebhardo Comiti *Qverfurtano* : 2. *Adelinda*, *Gvelphi IV. Bavarorum Ducis* uxor. Ad liberos *CUNONIS* s. *CONRADI BEICHLINGII* devenio, in quibus numerantur duo filii & quinque filiæ, nobilissimis Saxonæ & Thuringiæ Principibus elocatae, sed maritos earum nondum indagare licuit (k) præter unicam *Cunegundam*, de quâ mox dicturi sumus. *SIEGEFRIDUS* hujus nominis II. patri *Cunoni* successit, secundus ordine, sed primus natus hujus familiæ augustalis *Comes Beichlingii*.

Siegefridus
II. Comes
Beichl. primus natus.

● A. 1113.

Thur. Anon. supra alleg. p. 420. & qui primo loco nominandus erat, *G. Fabricius in Annal. Misn. ad eundem Annum*, cujus verba sunt : *Dedo Marchio Misn. rebellis Imperatori, Beichlingô arce Thuringorum vetere, quam tuebatur, expugnata, interficitur à ministro proprio, & permissû Imperatoris Misnam transfertur ad sepulchra majorum, quæ in medio basilicæ templi cathedralis tum fuerunt. Illustratur his sententia nostra supra adducta, post extinctam primam illam Comitum Beichling. familiam, arcem & Comitatum Beichlingianum mansisse apud Impp. Saxonicos usq; ad Canonem illum Palatinnm Saxon, & primum Comitem Beichlingensem, qui A. 1103. sicarii manû periit Alvenslebi, cujus posterii ad hunc usq; diem nomen & scutum Beichling. fervant. **

(i) Verba Fabricii lib. *Orig. Sax. f. 366.*

(k) Verba *Albini in Geneal. Com. Leisn. sub Wiperto III.*

lingius. Hic motus injuriâ Henrici V. Imperatoris, ejusque fidelis quâ opprimendam Saxonum libertatem ministri & consiliarii, Hojeri de Mansfeld (1), factus est sodalis vitrici sui, fortissimi Comitis ac Principis, Wiperti sen. Groicensis, unâ cum Lothario Saxone, tunc Comite Supplinburgio, affine, Rudolpho Brandenburgico, Ottone Anhaltinô &c. Sed confossus est demum optimus Princeps ab Hojero Mansfeldensi, ex insidiis prorumpente, cæteris sodalibus partim fugatis, partim captis. Id quod tamen non impune tulit Hojerus parricida, brevi post tempore aliô congressu, quo se nimis jactanter offerebat, ad pugnam Saxones provocans elatius, robusto venatori coram Domino. Wiperto Groicensi juniore, affini Siffridi Beichlingii, de quo hic sermo, jamdudum promeritas pœnas dare talionis necesse habuit. Testibus autore vetustissimi Scripti de fundatione Cœnobii Bigaug. quod Chronico suo Montis-Sereni subnexuit Maderus, & Monacho Pegaviense in Chronico per Reineccium edito.

Alter

(1) Ita legitur in veteri MSCto ap. Maderum de Fundatione Cœnobii Bigaug. Decætero ut clarior extet hujus Siegefridi, primi nati, ejusque patris Cunonis, primi Comitis Beichlingii, & avi Ottonis, illustrissimæ Familiæ Conditoris, augustalis origo, præter supra allegata testimonia, verba huc repetimus Georg. Fabricii Lib. III. Orig. Sax. fol. 38. Historici El. Sax. fide satis digni atque probati; OTTO III. (recentioribus Geneal. Utus audit) Dux Saxo-Bavaricus, Ludolphi filius, Henrici I. Imp. trinepos, cum Cunissa Bavaricâ genuit Cunonem, Comitem Beichlingi & Northemii, a quo Comitum Beichlingiorum, qui annis superioribus ditionem suam, gubernante Duce Saxonie Georgio, Joanni Werthero Equiti vendiderunt, deducta fuit progenies &c. Multus adhuc est laudatus Autor in laudibus laudatissimi Progenitoris Ottonis c. l. f. 365. Superaddimus quoque verba P. Albinii in Chron. Misn. Tit. XIX. von Geschlechtern/ so aus dem alten Sächß. Stamme Wittekindi M. entsprossen/ Num. IV. das Geschlecht der Grafen von Beichlingen ist entstanden von Cunone oder Conrado, dem Bruder Herzog Heinrichs des feisten/ den man den Grafen von Nordheimb genant/ dem Sohne Herzog Ottens von der Weser/ welch. r auch Bayern inne gehabt.

Otto Com.
Beichling.
ad An. 1120

Duæ Cune-
gund. Beichl

Alter CUNONIS f. CONRADI primi Comititis Beichlingiani filius OTTO, successit fratri nefanda cæde perempto, Siegefriedo, A. C. ciro cxiii. in possessione perincluti Comitatus Beichlingiani: cujus soror, matri cognominis (reliquarum enim quatuor nomina & illustrissima fœdera, quæ cum Principibus Saxonie & Thuringie, uti supra monuimus, inierunt, ignorantur) *Cunegunda* nupsit *Wiperto* Groicensi *Juniori*, unô eodemq; die, quo mater Ottonis & *Cunegundæ*, *Cunonis* sæpius laudati relicta vidua, *Cunegunda*, secunda vota dedit patri *Wiperti*, *Wiperto Seniori*, tunc Marchioni Orientali Lusatieq; & Comiti Groicensi. Rarum omninô exemplum, duo *Wiperti*, duæ *Cunegundæ*, Pater & filius, mater & filia, viduus & vidua, Princeps Juventutis

* Insignia Comitum augustalis hujus Familie ne transeam, submonendum duxi, variantes Heraldicorum picturas, non admodum eque discrepantes, hîc adverti. Spangenbergius P. II. *Wdels. Sp.* fol. 327. b. aream pingit argenteam, binis fasciis nigris distinctam. Idem scutum, ejusdemq; coloris, totidemq; fasciis (barbare uterq; trabes substituit, terminô peritioribus artis heraldicæ, & ipsis instrumentis Augustæ Curie S. Imperii ignotô) sed minîô tinctas pingit Siebmacherus P. II. libri armonialis A. 1605. Norimbergæ evulgati p. 19. Lacinias utrinq; dependentes argento & minio tingit, scuto galeam imponit deauratam, galeæ diadema aureum, coronæ pileum (perperam columnam vocat vulgus pictorum) vetustissimæ formæ oblongum orientalem, tribus plumis f. speculis vestitum pavoninis, scuto similem: adeoq; eundem planè, qualis cassidi Ducali Sax. supereminet, excepto solô numero & colore fasciarum. Quænam facies armorum appareat in illustri Familie Conditorio Colledano, tot secula perenni, nondum, quod doleo, propius scrutari licuit: nûm Spangenbergio vela pandat, an Siebmachero, artis cœtera satis gnaro & attento. Diffiteri adhæc nequeo, pictorum incuria & phantasiâ in Insigniis non rarô mutari, quæ mutare est nefas. Ita pileo Beichlingiano locô plumarum pavonis impositas alas aquilinas affirmant, in Templo Hoyersw. oppidano vetustæ picturæ, cœtera ejusdem formæ, qualem Equestris Familia Beichlingiorum (quæ pares omninô cum Comitibus sui nominis origines sanguinemq; ducit

tis Virginumque virago, undique pares dispaesque, uno eodemque die gamicas festivitates celebrant. Utriusque, & matris & filiæ illustrissimæ, brevem historiam exhibet supra allegatus Autor Foundationis Cœnobii Bigaugiensis apud Maderum: iisdemq; ferè verbis Monachus Pegaviensis in Historia Wipertorum, quam in vernaculam transtulit Reinerus Reineccius, cujus (cùm Monachorum stylus obscurum Fraternitatis ævum nimium quantum sapiat, & facile nauseam creet Lectori) verba h. l. subnectere consultius duximus: Im Jahr Christi 1110. als Graff Wiprecht von Groitzsch/ (Marggraß im Osterlande und Lausitz/ Burggraß zu Magdeburg und Leisnig/

ultimisque temporibus, id quod ex Arbore gentilitia fronti hujus opellæ præfixa satis liquet, Colledam adhuc tenuit, clinodium quasi totius Comitatus & illustris Familiæ Conditorium) ad hunc usque diem in Insigniis circumfert. Hæc levi admodum distinctionis notâ, more Familiis illustribus receptô, coccineum scutum unicâ fascia argentea, auro variegatâ (quod pictorum additamentum est) transversim fecat, ornamenta cassidi scuto analogâ imponit, ejusdem, quam descripsimus, formæ ex Siebmachero. Hanc antiquissimam ipsius Comitatus vetustissimi tesseram esse censeo, & si quid duplicatum est, ab ipsis Comitibus vergentis ævi mutatum arbitror. Simplicitate Insignium nihil antiquius. Id quod advertere licet in Scuto Archi-Ducum Austriæ, & ipsius adeò augustissimæ Domûs, fontis Nobilitatis Europææ, sed & Regum & Ducum Burgundiæ, Marchionum de Landsberg, Wipertorum Groicensium, Comitum de Sommerseburg, Hsenburg Thuring., Arnshaug, Ballenstat, Lauterburg, Lahr, Meurs, Viande, Weissenfels, Zorbeck &c. Baronum de Gersdorff, Pallant, Qverfurt, Roggendorff, Schœnburg, Utrecht &c. Nobilium ab Arnimb, Bosen, Campen, Closter, Creutz, Ebeleben, Erdmansdorff, Feilitzsch, Grunaw, Harras, Hefler, Hoym, Kitzscher, Körbitz, Maltitz & Miltitz, Minckwitz, Mergenthal, Nismitz, Planitz, Poigk, Ponickaw, Raben, Rauchhaupt, Redern, Rixleben, Schœnfels, Schweinitz, Trützscher, Vitzdum, Volckstât, Wahren, Watzdorff, Witzleben, Zschirnhausen &c. quæ nihil ferè, nisi fascias aut simplices colores, unicamque cassidem præsentant. Sed de his alio locô & tempore.

nig/ Herr zu Budisin/ Nisyn/ Gera/ Orla/ Camburg/ Dornburg/
 Eckartsberga und des Schwanfeldes/ ꝛ. ita legitur apud Brotu-
 fium in vita ejus, ex variis documentis compilatâ) des Leides
 wegen seines Gemahls (Judithæ, Vratislai primi Bohemorum
 Regis filia) ein wenig vergessen/ hat er die hohe Nothdurfft erach-
 tet/ daß er sich wiederum verheyrathe: ward derohalben schlußig/ des
 theuren Fürsten/ Herrn Cunonis zu Beichlingen nachgelassene
 Witbe Cunegund zu freyen. Nun hatte dieselbe ihr vorgenom-
 men im Witben-Stande zu verbleiben/ und wolte aus solchem Be-
 dencken anfangs diesem Unsinnen gang nicht statt geben. Als Sie
 aber folgend ihre Verwandten und Bekannten (derer sie dann von ih-
 rem Herrn gnug erlebet) hierüber zu Rath gezogen/ hat sie mehr aus
 beweglichen Ursachen als Gutwilligkeit drein gewilligt. Denn eben
 diejenigen/ durch dero Betrug ihr Herr/ der sich keines argen versehen
 hatte/ heimisch und wieder alle Billigkeit war ermordet worden/ set-
 ten ihr hart zu. Diese waren Edelgeer von Jlesfeld und Kersten
 (Christian) von Rotenburg. Derowegen als Graff Wiprecht ihre
 Bewilligung vernommen/ ward er froh darüber/ ließ es auch bey die-
 ser seiner glücklichen Heyrath nicht bleiben/ sondern brachte weiter zu
 wege/ daß seines Gemahls Tochter gleiches Namens/ das schöne
 Fräulein Cunegund (erste gebohrne Gräfin von Beichlingen) sei-
 nem ältern Sohne auch gleiches Namens/ nehmlich Graff Wiprecht
 ten dem jüngern zu Groitsch/ als tapffersten Helden seiner Zeiten/ eh-
 lich vertrauet ward. Hierauff geschah das Belager zu beyden Thei-
 len auff eine Zeit/ und ward mit grossem Prachte vollzogen. Es hatte
 aber Frau Cunegund (die verwitbete Gräfin von Beichlingen/
 Sorores IV. als Graff Wiprechts neue Gemahlin) noch 4 andere Fräulin/ welche
 Beichlingia. denen Fürsten von Sachsen und Düringen vermählet wurden. Hier-
 nechst geschah vor dießmahl ein Vergleich wegen einer Ehe-Stift-
 tung/ welche dieses vermochte: wofern sich würde zutragen/ daß Frau
 Cunegund/ zuerst mit Tod abgienge (supervixit tamen Wiperto
 & patri & filio) solte ihrem Gemahl und dessen Erben alle ihre Ver-
 lassenschafft heimfallen. Es hatte aber mehr gedachte Frau Cune-
 gund

gund von ihrem vorigen Gemahl/ (dem Fürstlichen Grafen Cunone von Beichlingen) ein grosses Heyraths-Gut und Witthumb von Ländereyen/ und darunter auch eine Abtey und Feld-Closter auff der Grenze zwischen Sachsen und Thüringen/ Oldesleben (m) ge- Beichlinga-
nannt/ dieselbe befahl sie ihrem Herrn insonderheit: Denn die Gü- num Cœno-
ter so dazu gehörten/ waren nebst dem Gottesdienste in groß Abneh- bium.
men gekommen/ als eben die Zeit einer/ Nahmens Lupertus, da-
selbst Apt gewesen. Nun war Graf Wiprecht von dessen ungeistli-
chen Wesen vorhin schon verständigt worden/ derowegen ihn bald
darauf absetzte / und das Kloster Apt Windolsen zu Pegau befahl/
welcher alles bald in bessern Stand brachte. Als er aber der zwey-
fachen Mühwaltung überdrüssig worden und befunden/ daß/ was die-
sem Beichlingischen Kloster zugienge/ dem Pegauischen entzogen wurde
(denn wenn man 2. Sachen zugleich vornimmt/ so kan auf jede nicht
gleiche Sorgfalt gerichtet werden) hat er vor rathsam erachtet ei-
nen besondern Apt dahin zu verordnen/ und erhielt dißfalls vom Apte
zu Corbey/ daß ihm Frater Ludgerus gefolget ward/ welcher vor-
mahls zu Pegau sein Prior gewesen und sich sehr löblich verhalten zc.
Hiernächst hatte Graf Wiprechten/ als seinem Befreundten/ ein rei-
cher ansehnlicher Herr/ Witte von Wiesenburg genannt/ bey hohem
Alter alle seine Güter vermacht/ welcher gleichfalls in seinem Städtl.
Wiesenburg (n) ein Jungfrauen-Closter gestiftet/ und von seinen Gü-
tern mit ziemlichen Einkünfften dotiret: welches nach dessen erfolg-
ten

Vitzenburg
ad One-
strum.

§ 2

(m) Addamus verba vetustissimi Scripti de fundatione Cœnobii Gose-
censis ap. Maderum c. l. p. 221. Per idem tempus (1088.) Abbas
Friedericus Gosecensis à *Cunone* Comite de *Biglingen* exoratus Abba-
tiam in *Holdeslebe* regendum suscepit, quam, quia laboris piguit, post
paucos annos memorato Comiti (Beichlingiano) resignavit.

(n) Corrigenda hinc verba cum Monachi allegati, tum Translatoris Rei-
neccii: neque enim Wyzenburg, nec Weitzenburg, nec Weissen-
burg, multò minus Wiesenburg/ (ita diversimodè scribunt autores)
sed Viceburgum audit, Nebram & Memmelebam interjacens vicus
& castrum, à Vicedominis Thuringiæ quondam extructum, nunc
Heslerorum Sedes in districtu f. Præfecturâ Elect. Sax. Freyburgensi

ten Absterben Graf Wiprecht seiner Frau Mutter Siegenæ, als
damahls zum andern mahl verwickelten Gräfin von Lengefeld / zu
dero Andacht / Bequemlichkeit und Unterhalt eingeräümet. Weil
aber nach dero seeligen Abschiede sich ein Gräfl. Fräulein (von Lenge-
feld in Francken) mit ihren wollüstigen Gespielen dahin gewendet /
die nebst denen Nonnen viel ärgerliches Wesen getrieben;
ward Graf Wiprecht / als ein eiferiger Herr / über dergleichen ärger-
liche Profanirung so kostbarer milden Gestifter / endlich Raths / auff
Gutachten des / wegen seiner Andacht damahls sehr beruffenen Bis-
choff Ottens zu Bamberg / unweit dem Städt. Bisenburg an der
Reinsdorff. Unstrut das Münchs-Closter Reinsdorff / zu stifften / und die sämt-
lichen Einkünffte dieses verwilderten Nonnen-Closters dahin zu verle-
gen etc. Worzu auch nachgehends das Beichlingische Kloster Ol-
denslebe geschlagen worden. Limitanda ex his verba Anonymi
eruditi in Chron. Thur. quod paucis abhinc annis Gothæ pro-
diit, statuentis, *Beichlingianum Comitatum cum hac Cune-
gunda, viduâ Cunonis primi Comitum, connubiorum jure ad
Wipertos transisse, tot utriusqve sexûs haredibus Cunonis le-
gitimis, quorum tres masculi & quinque filia, Principibus
Sax.*

ad Unstrutam. Ad hæc, duo fundasse Cœnobia Wipertum Groicen-
sem virginea, Viceburgense & Beichlingense, quæ postea translata sunt
Reinsdorfium ad Onestrum &c. P. IV. Ifag. Hist. p. 601. tradit (se-
cutus Brotufium in Hist. Wiperti cap. 8. qui sæpè confusa miscet)
Dresserus, Erfurt. Thuringus & ad tempus Prof. Histor. in Acad. pa-
triâ: quem sanè curatius attendere historiæ patriæ decebat. Nun-
quam enim Beichlingam Wipertus tenuit, multò minus Cœnobium
ibi fundavit, quale nunquam fuit: sed primus Comes Beichlingus,
plus sæpè laudatus Cuno, Wiperti in matrimonio antecessor, possedit
Cœnobium Oldeslebe (nunc nobile prædium Berckense in districtu
El. Saxenburgico) quod inter dotalia bona ex hæreditate Beichling.
numerabat Cunegunda, ejusqve curam Wiperto novo marito commen-
dabat. Neqve Viceburgense illud propriis sumptibus, ut tradit Dres-
serus, Wipertus excitavit, sed à Dominò Vicenburgico jampridem
fundatum testamentariò beneficio acquisiverat; &c.

Sax. & Thuring. primariis desponsatæ, innotuerunt, superantibus. Non integrum Comitatum, cujus possessio ad Siegfriedum & Ottonem filios, supra nominatos, horumque posteros, post extinctum patrem Cunonem, devolvebatur; sed bona tantum quædam dotalitia Cunegundæ, viduæ Beichlingensis, in confiniis Sax. & Thuringiæ sita, advertimus in Historiâ Wipertorum hætenus ventilatâ, quorum curam Cunegunda Wiperto novo marito commendavit, sed & successionem in his bonis eventualem mortis causâ (ut in jure loquimur) dotalitiô quodam pactô Wiperto, assignavit, futuro hæredi, nisi prior Coniuge Cunegundâ decessisset, uti supra dictum est.

Familia adhæc *Beichlingiana*, certis lineis divisa, varia extrâ Comitatum sui nominis oppida & Latifundia possedit. inque his ditionem *Weissensehensem*, quæ postmodum Judithæ (o) Ludovici ferrei Landgr. Thur. viduæ, Conradi Svevi Imp. filiæ, fundatrici oppidi *Weissenseh*. A. 1173. emptionis jure cessit: *Kindelbruga*, hodiè oppidum Præfecturæ Elect. Sax. *Weissenseh* municipale: *Kyffhusa* montana ad Findam: *Rotenburgum* montanum ejusdem districtûs: *Kelbra* oppidum, quod nunc Schwartzburgicis paret, & finibus Præfecturæ Elect. Sax. Longo-Saliss. describitur: Dominium & oppidum *Vicha* cum *Leubinga* ad Onestrum, in Valle *Grimmen-Thal* (potius *Krummen-Thal* ab anfractibus Onestri fl.) elogio Dresseri oppidum naturâ munitum & ubertate agrorum excellens: quæ ambo circa A. 1010. ad Dietericum II. ejusque filium Johannem III. Wertheros transferunt: *Werningeroda* (p): *Bereke* ad Jlmum, oppidum & Comitatus

Feuda
Beichlingiana.

C 3

quon-

(o) Meminit hujus eruditus Anonymus in Chron. Thur. p. 327. sed nomen augustæ fundatricis tacet, Friedricum cum Ludovico, uxorem cum vidua confundit.

(p) Verba Fabricii Lib. II. Rer. Germ. f. 319. non satis intelligo Anno 1533. obiit Johannes III. Wertherus ætat. 90, qui ad familiam

quondam sui nominis Comitum, quem circa A. clo cccc. Friedricus Comes Beichling. à Gleichensibus emptionis jure obtinuit: *Cannewurf*, amplissimus Præfecturæ Elect. Saxoburgicæ pagus, hodiè octo prædiis nobilibus divisus, cum *Gebassâ* ad Onestræ & Jeræ s. Hieræ confluentes, atque Kreyenbergâ, ultimorum Comitum hujus Familiæ fuerunt sedes. His *Fontes falsos* perinclutos quondam *Franckenbusanos*, reditusque inde redundantes, addit Spangenbergius (q). Superaddimus urbem Thuringiæ *Erfurtum*, quam ipsis Venetiis coævam tradunt, cum omni ditione Saxoburgicâ: de quibus supra diximus. Item *Tannenroda*, affirm. Beyero in G. I. p. 230. *OTTONIS* (Cunonis filii, Ottonis Visurgani nepotis, tertii ordine Comitum Beichlingii, sed primi nati) ultimis annis Lotharius Saxo, ex Comitibus *Qverfurtanis* & *Supplinburgiis*, Imperator Germanorum Semper-Augustus, eruditionis gestorumque gloriâ perinclutus, generum suum

Lu-

Helmæpontem oppidum (*Brück*) à Christoph. Witzlebio. Frondorfium à Comitibus de Stolberg, *Beichlingam ab Adamo Comite Werningerodanô*, & Leubingam pagum à Comite Beichlingense emptum adjunxit. &c. Quis ille Adamus Werningerodanus? Comitum Werningerod. stirps tunc jamdudum exaruerat: neque inter Stolbergios Comites, qui Werningerodam hucusque tenent, ullum Adamum adverto. Nisi Adamum Comitem Beichlingensem, qui tunc Camerae Imperiali Spirensi præsidebat, & per Comitem Beichlingium [quem diversum ad Adamo facit) fratrem ejus Philippum intelligat autor, Oedipo hic opus erit.

(q) Annotante post Spangenberg. P. I. N. S. f. 278. M. W. Heidero P. P. Jen. in Orat. IVtâ de Thuringia, Comites Schwartzburgicos hos fontes falsos à Beichlingiis primò hypothecariò, post demum emptionis jure impetrasse.

(*) Potentia & amplitudo hujus Comitatus apparet ex verbis Brotufii in Chron. Halensi p. m. 26. afferentis: *Der Herr von Beichlingen habe müssen auff seine Portion Landes/ mit 3400. bewehrter Mann denen Sachsen zu Kriegs = Zügen erscheinen.*

Ludovicum III. Saltatoris filium, Barbati f. Schœnburgii (r) nepotem, primi *Comitis Sercnisfimi* & Landgravii titulo ac potestate ornavit A. clō cxxx. hujusque Directorio subordinavit Duodecem viros Thuringiæ magnificos (s) illustrissimos Comites *Beichlingios*, Orlamundanos, Kevernburgios, Schwartzburgicos, Kirchbergenses, Gleichenses, Brandenburgenses, Mülbergenses, Arnshaugianos, Ebersbergenses, Linderbecenses & Grumbachios &c. (qvōs monumenta quædam Erfurtensia magni Thuringorum Areopagi, cui ipse Landgravius Archentis nomine præsidebat, Assessores vocant & Columnas Imperii suæ nationis (*)) Ex posteris *Ottonis*, tertii Comitis Beichlingii, celebratur *DIETERICUS*, qui A. clō ccxv. magnæ expeditioni in Ter- Dietericus
ram sanctam Friderico II. Imp. comitem se dedit. quem Com Beich-
nepotem Ottonis modò dicti fuisse auguror (t). Post *Diete-* ling. 1215,
ricum

(r) Hunc ex Familiâ Aurelianensi oriundum quidam tradunt, Vicedominum Cæsareum per Thuringiam, cujus primaria Sedes & castrum Schönburg f. Schauenburg / à quo familiæ & Comitatus nomen, cum illustri Archisteriō & Conditorio Principum Reinharts-Brunn / postmodum coaluit. nunc Ducum Saxo-Vinar primaria Præfectura.

(s) Annot. post Brotufium & Spangenb. P. I. N. S. f. 308. Jo. Binhardō l. 2. Chron. Thur. p. 124. & Adr. Beierō in Geogr. Jen. p. III. qui omnes quidem Beichlingiorum mentionem faciunt, quâ reliquos v. differunt.

(*) Add. Chron. Thur. Anon. p. 48. 236.

(t) Audiamus de hoc *Dieterico* diligentem Antiqq. indagatorem, Abraham Hofemannum, Historiogr. Cæsareum, in Geneal. Salhusiorum f. 26. Als Anno 1228. Kaysar Friedrich II. eine grosse Heerfahrt ins Heil- Land / nach Beschluß des Concilii Lateranensis (so A. 1215. zu Rom gehalten und das maximum genennet wird / weil 2. Patriarchen / 70. Erzbischofe / 400. Bischöfe / und sonst eine grosse Menge Prälaten / auch fast alle weltliche Potentaten der Christenheit allda persönlich erschienen) angestellt / und Ihm ein grosses Volck zugezogen / ist unter andern Düringischen und Osterreichischen Grafen und Herren auch

ricum FRIEDRICORUM nomen per aliquot secula incla-
ruit. Ad A. clo ccxxxi. in membranâ, quâ ultimus Thu-
ringiæ Landgraviorum, Familiæ Schœnburgicæ, Henricus
Raspo, electus Rex Romanorum, Archisterio illustri Rein-
hartsbrunnensi donationem decem mansorum in pago Sü-
Friedricus I derborn confirmat, *FRIEDRICUS* Comes de *Bichelingen*,
Com. Beich- unâ cum Alberto de Wiehe, Dieterico de Bercka, *Conradô*
ling. A. 1231. & *Friedricô* de *Tannenroda*, aliis hujus Donationis Testibus
qui exequiis interfuerant Elisabethæ, regiæ Conjugis Hen-
rici memorantur. juxta tenorem Diplomatis Reinharts-
brunnensis, quod Historiæ dicti Henrici Rasponis subnexuit
CL. Sagittarius, Ser. Ducum Saxo-Vinar. Historicus Jenen-
Anno 1249. sis, quod legi meretur. Idem *Friedricus* primo ex Familiâ
Misnica

Graf Poppo von Henneberg/ Graf Dietrich von Beichlingen/
item die Herren von Dautenburg/ Plöskke/ Dornburg/ Schöneck/
ingleichen der alte Herr Heinrich Vogt von Plauen nebst seinem
Sohne und zweyen von Salhausen/ mit fortgezogen/welche sich sehr
männlich erzeigt/ daß sie wegen ihrer grossen Armee und ritterlichen
Thaten in Rückwege/ als der Kaysers zu Rom die Crone empfangen/
allesamt von Pabst Innocentio tertiô zu Rittersn geschlagen/ und un-
ter den Orden der Marianer aufgenommen / ihnen auch deswegen
besondre Einkünffte verordnet worden. Wovon in der alten Thü-
ringischen Chronicke mit mehrern kan gelesen werden.

Submonendus hîc nobis L. B., Comitibus S. I. Romano-Germanici jam-
dudum adscriptos illustrissimos *Beichlingios* Locum obtinuisse, unâ cum
Solmensibus, Mansfeldiis, Schwartzburgiis, Stolberg. Hohnst. König-
stein. Ruthenis & Schœnburgiis, in Scamno (ut vocant) Comitum pri-
mariô Wetterav. edocent ex recentioribus Mart. Zeilerns P. II. Con-
tin. Itiner. Germ. f. 23. & D. Mich. Praun/ im Adl. Europa S. 650.
Zeilerni verba c, l. sunt. *Beichling*/ eine alte Graffschafft in Thüringen/
welche vor-zeho die Herren Werthern inne haben / und von Thuru-
Sachsen cum onere eximirt wird/ so sonst 2. zu Hof/ oder 24. Gulden
monatlich/ und jährlich 7. und einen halben Gulden zum Cammer-Ge-
richt contribuiren müssen.

Misnica Landgravio, imperiali autoritate declarato, Heinricho Illustri, Principi omnium sui temporis splendore & opibus regiis illustrissimo, fidelissimam operam adversus viduam Brabantinam, hujusque propugnatorem Albertum Brunsvicensem locavit, quæque ab antecessoribus Landgraviis oppignorata tenebat bona, ultrò obtulit redimenda, laudante Antonio Weck, Consiliario & Archivario El. Sax. g. m. in Chron. Dresd. (u) Hujus ætate, Anno nimirum clo cxxlvii. Antonius de Werthern, Eqves & miles Cæsa-

A. 1247.

D reus

(u) Fol. 106. B. Addi meretur copia Instrumenti (Reversum vulgo vocant) quò se Proceres Thuringiæ illustriores novo Domino obstrinxerunt: Nos Güntherus Comes de Kevernburg, Bertholdus filius ejus, Comes Albertus de Rabinswalde, Henricus & Guntherus Com. de Schwarzburg, Comes *Fridericus de Bichelungen*, Comes Theodoricus de Hoinstein & Henricus suus filius, Comes Fridericus de Stolberg, Henricus de Helderungen, Ludolfus & Henricus de Alristede (Alstæt intelligo), Henricus & Eidolphus de Bendleben, Ditmarus de Willerstete: notum facimus universis, quod inter Illustrem Principem, Dominum nostrum Henricum Marchionem Misniæ, & nos, talis compositio intervenit, quod ipsum pro verò Domino nostro & Landgravio Thuringiæ habebimus, & eidem contra omnem hominem militabimus, ubi salva fide & honore nostro facere hoc valemus, & hoc faciemus absque malo ingenio atque dolo, & contra omnem hominem defensabimus fideliter terram suam. Præterea bona nostra universa, quæ à Landgravio habuimus, in feudo recepimus ab eodem, præter Pudildorf, quod Comes Albertus de Rabinswalde à Comitibus de Anhalt dignoscitur recepisse. Et illa omnia recipiemus ab ipso, quæ adhuc ab Imperio vel Ecclesiis obtinuit vel poterit obtinere, & quæ nos recipere tenebamur. Et idem faciemus de bonis, quæ Landgravii (defuncti) fuerunt, quæ nos habuimus ab eodem, Idem etiam Dominus noster, Illustris Marchio, de bonis, quæ ab eo recepimus, nobis faciet Gvarandiam. Item si ipse Domino Papæ vel Imperio adstabit, nos unà cum ipso similiter adstabimus: si verò pecuniam pro ipsò servicio receperit, nobis pro posse suo pecuniam ordinabit, prout in sua gratia habere possumus, & sicut visum fuerit expedire. Item omnia

reus insignis, primus dignitatem Cubicularii (v) in gentem Wertherorum intulit.

Con-
 aedificia, quæ de novo sunt sunt aedificata in Principatû Thuringiæ post mortem Landgravii, & præcipuè Wizinburg, & Sayenburg (in territorio Beichlingiano) destruentur, & ad hoc eidem dabimus auxilium & opem efficacem, & ipse ad id nos cum efficacia adjuvabit. Quia verò taliter adjunximus nos eidem, ipse ad petitionem nostram de consilio hominum suorum consentiet, si eum aliqui poterunt cum Comitibus de Anhalt per amicitiam concordare: alioquin, ubicunqve de jure tenebitur, ipsis ad justitiam respondebit. Præterea T. de Hoinstein, *Fridericus de Beichlingen*, & A. Güntherus fratres de Schwarzburg, Comites, omnia bona, quæ nobis à Landgraviò obligata fuerunt, eidem ad redimendum dabimus, si ea voluerit rehabere. Insuper quæcunqve bona bonæ memoriæ Landgravius in extremis suis dignoscitur possedisse, si aliquis ea indebite occupavit, restituere eadem sibi tenebitur cum effectû. Et si aliquis sui nominis tunc temporis alienas possessiones occupavit, ipse similiter de hoc Justitiam exhibebit. Præterea stabilis erit amicitia inter omnes, qui ex parte sua & ex parte nostra in ipso præliò extiterunt &c. Si verò in præliò quispiam captivaretur ex nobis, ipsum à captivitate liberabit indemnem: & si quis propter eam civitatem amitteret sive castrum, nullam habebit concordiam, nisi sibi amissa reordinet, sicut visum fuerit expedire. Hæc siquidem, quæ præmissa sunt, nobis & ministerialibus & amicis nostris, qui nobis adstare voluerint, ipse Marchio & sui filii bonâ fide & sine fraude inviolabiliter observabunt, & qui ministerialis extitit, ipsi jus ministerialis, si verò Vassallus fuerit jus Vassalli sibi exhibebit utiqve & observabit. Nos siquidem versa vice sibi & suis filiis promissimus bona fide & sinè fraude inviolabiliter observare, corporaliter super hoc præstito juramentò. Acta sunt hæc apud Wizinvels (*Weissenfels*) Anno Domini M. CC. XLVIII. Kl. Julii septimæ Indictionis. *Αυτογεγραφον* hujus Instrumenti Pactionis, quò jus Saxonum in Thuringiam asseritur, & historia Beichling. Procerumqve Thuringiæ illustriorum simul illustratur, aservatur in Archivo El. Sax. sed genuina facies sigillorum, quibus munitum est, à Proceribus supra nominatis, accuratiori cognitioni denegatur, præter Kevernburg. & Schwarzburg. quæ nil nisi mera cassidis ornamen-

Conradum jun. & Fridricum fratres Tannenrodanos, quorum sæpius in documentis eorum temporum fit mentio, filios nominat illustrissimæ Dominæ *SOPHIÆ*, Comit. *SOPHIA BEICHLINGANÆ*, Adrianus Beierus in Geogr. Jen. (x) Com. Beichling, A. 1264. Hos privignos *Friederici I. Comitis Beichlingii*, Conradi verò senioris Domini f. Baronis de Tannenroda (cujus etiam mentio incurrit ap. Beierum c. l.) legitimos filios-hæredes, atqve in aulâ Beichlingianâ, postquam matrem eorum viduatam in matrimonium sibi delegisset *Beichlingius*, educatos fuisse arbitror. Eisdem unâ cum vitricô, *Friederico Beichlingio* sæpius memoratô, Instrumento *Reinhartsbrunnensi Henrici Rasponis*, Landgr. Thur. & Palatini Sax. perpetui &c. testes comitesqve funeris augustalis adfuisse, suprà advertimus.

Toto verè seculo posterior apud Scriptores ævi istius

D 2

ob-

ta, à modernis Insignibus Familiarum planè discrepantia, cum nominibus circumscriptis præ se ferunt.

(v) Limitanda hîc verba *Dresseri* in *Historia Wertherorum*, quam *Isagogi* suæ *Hist.* inseruit. Non enim ipsam dignitatem *Cubicularii* (*Erb-Kammer-Thür-Hüter*) sed expectationem tantummodo [*Anwartsung*] ab hero suo, Imperatore tunc intercalari, *Wilhelmo Hollandiæ Comite*, impetravit *Wertherus*: cuius expectationis f. futuræ successionis confirmationem A. 1420. ab Imp, *Sigismundo* renovatam obtinnit *Joannes I. Wertherus Pragæ*. eod. annot. *Dressero* c. l. Ipsam verò dignitatem non nisi cum arce & Comitatu *Beichlingianô*, cui cohærebat, ultimis demum annis ad *Wertheros* transiisse credo. Si Actis demum solennissimæ Inaugurationis *Almæ Salanæ* major fides habenda quàm *Dressero*, *Illustrissimus Comes Bartholomæus Fridericus Beichlingius*, eadem dignitate adhuc fulsit A. 1558. quo Actum hunc solennissimum præsentia suâ ornavit. De quo suo loco.

(x) Verba *Beieri* c. l. p. 230. sunt: *Conradus der jûngere und Fridricus, Herren zu Dannenroda/ Gebrüdere und Söhne/ Frau Sophiæ, Frauen und Gräfin zu Beichlingen/ haben gelebt* A. 1264. ibi plures *Barones Tannenrodani & Strausfortenses* recensentur, it. p. 397.

Friedricus II. Com. Beichl. A. 1390. obscuri & ignavi innotescit *FRIEDERICUS senior*, quem secundum hujus nominis, primi nepotem, fuisse credimus, Comes Beichlingius, Dominus Viehæ ad Onestrum &c. Hic perantiquum Comitatum *Bercanum* ad illum emptionis jure acquisivit ab Henrico Comite Gleichense, Domino Blanckenhaynii. Hic *Friedericus* quædam bona Comitatus noviter acquisiti vendidit A. clō ccccxxii. Christiano à Witzleben, viro equestris ordinis, familiæque per Thuringiam quondam satis opulentæ: cujus posterii eadem per plures annos tenuerunt Sub-Feudi (ut in Jure loquimur) nomine, *Beichlingio Comite* sibi suisque Dominium directum in clientelis Witzlebenianis reservante (y).

Erb. Cam. mer. Thur. S. Würde. Circa idem tempus, anno videl. clō ccccxx. Joannes I. Wertherus Cubiculariæ dignitatis (z) jam antè huic genti tributæ confirmationem impetravit Pragæ à Sigismundo Imperatore: cujus privilegia cohærentia sunt Immunitas octo virorum, trium agri jugerum, novem pratorum campi, decem hortorum in pago *Schwertstât* &c.

Friedericus III. Com. Beichling. A. 1413. *FRIEDERICUS junior*, Comes *Beichlingius*, unâ cum patre modo laudatô A. clō ccccxiii. comitem se dedit *Friederico Bellicoso*, primo Saxonum è Saxonibus Familiæ *Wittekindexæ* Principi-Electori, tunc Marchioni *Misniæ & Landgravio Thuringorum &c.* ad magnum illud atque oecumene-

[y] Annot. Adr. Beiero in Geogr. Jen. p. 144. ubi addit, integrum Comitatum demum Anno 1605. & 1608. emptionis via à Witzlebiis (Beichlingiorum & Gleichensium Comitum eò usque Sub-Vasallis, Comitatus *Bercani* nomine) pervenisse ad Sereniss. Ducem *Johannem Sax.* ejusque *II. X.* filios relictos.

(z) Ita audit *Dressero S. I. R.* Janitoris hæreditarium axioma, cujus circumstantias paulò antè in annot. sub [v] ventilavimus, plura addituri infra in hist. *Bartholomæi-Friedrici*, ultimi Comitis *Beichlingii*, Anno 1560. circiter extincti: quem Janitoris hæreditarii titulo atque honoribus gavifum fuisse, usque ad ultimum auræ vitalis halitum, ex documentis satis probatis novimus.

nicum Concilium Constantiense, quò constans Veritatis testis, Jo. Hus Bohemus, rogo impositus animam Deo reddidit, tendenti. Uti videre est in Catalogo Personarum illustrium, ex omni terrarum angulo tunc confluentium: quem operi quoque suo Cosmographico inseruit Sebastianus Münsterus (*). Hic A. clō ccccxxi. unà cum Henrico Schwartzburgiō exercitui sereniss. Principum, Friederici Bellicosi & Wilhelmi Fortis, fratrum & Ducum atque Elect. Saxoniae, tunc Misniae March. & Landg. Thuring. &c. Summi Ducis bellici caractere adversus grassantes Bohemos, qui Hussitarum agnomine tantum non totam Germaniam devastabant, praefici meruit, laudem gloriae bellicae ab Imper. Sigismundo, in cujus castris militabant Saxones, reportans haud vulgarem. Laudante Betuliō in Vita Friedrici I. El. Sax. A. 1421.

Idem A. clō ccccxxvi. absente Hero suo, novo Electore Friedrico I., tunc Budae Hungarorum investituram Electoratus Saxonici impetrante, à Coniuge Ser. Catharinâ Brunsvicensi ablegabatur, unà cum Ernesto Gleichensi, Friedrico à Thün, Apelio & Buffone Vicedominis, & Joanne à Schoenberg, copiarum praefectis. Auffigam, ad confinia Misniae & Bohemiae situm oppidum, quod ab Imp. Sigismundo Principibus Misniae & Thuringiae 30000. sexagenarum Bohem. mutuo pretio oppignorum, tunc acriter impugnabant Hussitae: sed infausto sydere caesi ingentem cladem, festinato itinere, insomni nocte, inedia, siti, aestu & squalore defatigati, à furioso hoste nostri tunc reportarunt: in qua flos Nobilitatis Misniae & Thuring. cedere nesciae periit, & ipse simul fortissimus Comes *Beichlingius* (a)

D 3

Non

(*) Vir laude sua non defraudandus in vasto opere Cosmogr. edit. Basil. A. 1588. fol. 577. Add. Sigism. à Bircken *Sächs. Helden-G.* p. 350 & qui ante eum vitam Friedrici I. & II. Elect. Sax. & Acta eorum temporum Hussitica consignarunt, in quibus crebra mentio incurrit utriusque Friedrici, & patris & filii, Beichlingiorum,

Bilso Com.
Beichl. 1423.

Non armis solum, sed literarum quoque gloriâ illustris-
simam Beichlingiorum familiam quondam eminuisse, testis
est Catalogus Rectorum Acad. Erfurtinæ, publicè impres-
sus: in quô legitur, *BILSONEM* Comitem *Beichlingium*
(laudatissimi *Friederici* ducis bellici s. fratrem s. agnatum)
Almæ Jeranæ (cujus urbis prima fundamenta jecisse, no-
menque simul novo operi dedisse *Erponem* quendam *Beich-*
lingium, supra audivimus) fasces magnificos gessisse A.
clô ccccxxiii. Cui addimus

Friedericus
IV. Com.
Beichling.
Antistes
Magdeb. A.
1445.

FRIEDERICUM, Friederici ducis bellici, huc usque
laudati filium (ita divinare licebit) A. clô ccccxlv. unanimi
Cânonicorum suffragiô electum atque confirmatum Archi-
Episcopum Magdeburgicum, Primatem Germaniæ & Prin-
cipem Imperii &c. hujus nominis tertium, ordine verô
XXXIX. cujus historiam (b) inter fontes historiæ patriæ,
Regnum Thuringiæ inscriptæ, numerat Marcus Wagnerus

Fri-

(a) Hoc præliô Austrianô novum armorum genus, quod nostri *Selle-*
parthen vocant, innotuisse; fortissimos verò Thuringios, qui glorio-
sam mortem pro patriâ appetierant, omnes unâ sub pyro silvestri ad
viam, quæ *Auffigâ Töplicium* versus ducit, Locum sepulturæ invenisse,
trahit *Zach. Theobaldus*, *Belli Hussitici* Scriptor. add. *Anon. erudi-*
tus in *Chron. Thur.* p. 449. Æram demum funestæ cladis, quæ
ipsi fortissimo Principi-Electori, paulo post ex Hungaria mœrore pleno
reduci, mortem præproperam acceleravit, obscuri fratres cucullati, ut
tenacius argutiæ quodam aculeô memoriæ posteris hæreret, seqq. rhyt-
mis notarunt: *Die Schlacht geschah für Aufsigk/ als man geschrie-*
ben diß Geschick:

Ein Ringk von einer Taschen clô, Bier-Dehr von einer
Glaschen/ CCCC.

Ein Seul von einem Thor I, und dritthalb Andrees-Creuz
davor XXV.

(b) Legendam stylo Seculi receptô vocant, quæ in Scriptis superest,
sed notior Wagnero quàm Bibliothecis. In hæc, si rectè divinor, quæ-
dam Historiam nostram Beichlingianam illustrantia advertere licebit.

-Frimariensis, Cæsareâ autoritate Antiquitatum per Europam Inquisitor (c). *Friedricus* noster *Beichlingius*, Antecessoris sui quondam Ephorus aulicus & Consiliarius secretior, successorem habuit in Primatû Magdeburgicô Ser. Ducem Baviaræ Johannem (d), qui sepulcrum Antecessoris hujus sui, Beichlingii, undiqve laudatissimi, seqv. ornavit elo-giô ferali :

Præfulis eximii corpus jacet hîc *FEDERICI*,

Qui *lex* claustrorum, *lux* cleri, *pax* populorum.

Et erat sanè verissimus nominis sui *pacifici* interpret, qualem muneris sanctissimi ratio sibi deposcebat (e), impugnatos potentissimos Principes, inermis licet, validissimis tamen armis, suspiriis ac precibus devotis, quæ arma sunt Ecclesiæ, gloriosissime vincens. Cum enim ab optimo Prin-

cipi- (c.) Ita laudare maluit Wagnerus, Instrumento Cæsareô ad id confirmatus atqve inauguratus.

(d.) Hunc Bavarum Beichlingio nostro dat successorem Dresserus in serie Archi-Episc. Magdeb. P. IV. Isagog. Hist. p. m. 119. à quô tamen dissentire videtur Mich. Bojemus in Vita Alberti Animosi Duc. Sax. lit. D. I. seqq. annotans: Cum autem propè ab urbe (Româ, Albertus Animosus cum fociis Itineris Sacri) abessent obvios habuerunt Volmarum Principem Anhaltinum, Decanum Bambergensem, Doctorem Mellerstadium, & alios consiliarios Principum Saxoniorum, Romam missos ab Ernesto Elect. Saxonie, ut Ernestus Electoris filius, qui suffragiis Cleri & totius Capituli Magdeburg. consensu in locum Antistitis defuncti Friderici, è familia Comitum Beichlingiorum, electus fuerat, ante annos legitimæ ætatis dispensatione pontificiâ, Administratoris autoritate & nomine confirmaretur. Præter hos urbe exierunt Legati Comitis Palatini (dicti Joh. Ducis Bavar.) quos Cæsarei sequebantur, hos Cardinales circiter triginta quatuor &c. Superabat equitum numerus 1500. qui omnes Saxoni adventum sunt gratulati &c.

(e.) Legi merentur verba, quæ ex probatis Autoribus subnectit Sigism. à Bircken in Vita Friedrici II. El. Sax. p. m. 439. Es war dieser Erzbischof ein geborner Graf von Beichlingen/ vorhin der Jagt gang

cipe-Electore Sax. Friedrico II. malevolorum & pacis osorum instinctu bello appeteretur, accepto belli nuncio (Fehda-Brieff) nihil plane bellici apparatus movit, sed totam rem publicis privatisque precibus Omnipotenti, qui corda Principum flectit sicut rivos aquarum, commendavit. Certior de hoc factus Friedericus Elector, quo erat mitissimo animo (inde & Placidi elogiò insignitus) instar nobilis iræ Leonis *parcere subjectis & debellare superbos* sicut in hæc verba, tanto Principe-Heroë sat digna, erupisse fertur: *Es so sey die Thorheit auch ferne von mir/ daß Ich demenigen befragen solte/ der Gott zum Bestand erbittet* (f). Expiravit demum reverendissimus Primas die, memoriæ S. Martini sacro, A. O. R. ch cccclxiv. Sedis XX^{mo}. ætatis climacterico magnò. Ab initio Seculi XVI^{ti}. usque ad ejus medium, quod illustrissimæ Comitum Familiæ exitiale fuit, plures advertimus *Comites Beichlingios* sibi coævus, literarum armorumque gloria perinclutos: hos in tantâ penuria documentorum, & discrepantia Scriptorum, divinationis quodam genere, sequenti locare ordine licebit, quamprimum uberius de his ratio constiterit, Appendicem his lineis addituro (g).

Circâ

heftig ergeben gewesen/ aber Zeit der Erz-Bischöflichen Dignität, welche er ganzer 20. Jahr löblichst geführet/ so geistlich worden/ daß „der Cardinal Nicolaus Cusanus, bey seiner Rückkunfft nach Rom gegen Päpstliche Heiligkeit gesagt: Er habe in ganz Deutschland „nur einen rechten Bischof gefunden/ nemlich diesen Graf Friedrich „von Beichlingen zu Magdeburg. Aureum sane testimonium Itali, de sanctimonia verè Episcopali & sine pari, hujus Beichlingii!

(f.) Conf. post Chron. Sax. f. Magdeb. à Pomario & Dressero contin. f. 439. atque Spangenb. N. S. f. 379. P. Albinus in der Fürsten-Cron. Albo ejus Sax. subn, per Dress. p. 431. Laur. Faust im Sächs. Stammbaum p. 172. Nepos Sax. p. 364. & si qui sunt recentiores.

(g.) Sol occasui propior plures radios vibrat, amœnissimò rutilans fulgore, horizonti nostro quasi valedicturus. ita vitrum, maximè cum

Circà A. C. cl. lci. qui auspicalis est Seculi XVI. Joannes III. Wertherus, Eqves Jerosolymitanus, Theodorici II. ^{Adamus} ^{Friedericus} filius, emit Beichlingam arcem ab *ADAMO* (quem alii, & Com. Beichl. fortè rectius, *ADAMUM-FRIDERICUM* vocant) Comite A. 1500. (h) supremò eqvitem Magistrò &c. uti suprà Dresseri ver-

E

bis

splendet, frangitur. Par sæpè ratio cum Familiis illustribus, quæ veluti stellæ primæ magnitudinis orbem terrarum jubare illustrant suò; mox nebulam oculis obducunt & sese nubibus condant. Ut longam seriem exemplorum prisca ævi, qualem Genealogiæ suæ Salhusianæ subnectit, vir multæ lectionis & studii indefessi, Abrahamus Hofemannus. Cæs. Maj. apud Lusatos Historicus, transeam; unicum addo exemplum, nostrâ quod accidit memoria in sereniss: Domò Saxo-Lauenburgensi, quæ XIX. utriusque sexûs hæredes, unius Patris liberos vidit, inque his duodecim mares, sed omnes intrâ brevè temporis spacium inevitabili fatò radicitus sublato. Quid de *Beichlingiis* nostris? Comitum lineam terminârunt Adamus-Friedricus, Adamus, Adami filii Joannes & N. Canonici Colonienfes, Humbertus & Hermannus, Philippus & Bartholomæus, & si qui plures his, Scriptoribus istius ætatis ignoti, quos omnes medium Seculi XVI. quasi commorientes vidit. Ut axioma hîc transeam Politicorum: *avita sedis alienationem familiis plerumq; exitialem adverti*. Sicut verò Saxo-Lauenburgica profapia in agnatis Principibus Anhaltinis super est; ità Beichlingiorum sangvis nomenque superat in eqvestri hujus nominis familiâ. Uti suprâ in exegesi Insignium Beichling. assertum ivimus.

(h.) Magna est discrepantia Autorum quâ nomen ultimi Comitis Beichlingii. Fabricius Adamum nominat Werningerodanum (cujus sententiam supra in annot. sub (b) ventilavimus) Dresserus Adamum Beichlingium, Chronographi Thuringiæ Adamum Friedricum, Pecenst. Philippum, Spangenbergius Bartholomæum, Adr. Beierus cum recentioribus Bartholomæum-Friedricum: Sed distingvendum hîc inter ultimum possessorem avitæ domûs Beichlingæ, qui fuit Adamus Friedricus supremus Eqvitem Magister &c. & ultimum *Comitem* suæ lineæ & totius nominis Beichlingiani (reliqui enim eqvestri sorte contenti peculiarem lineam habent) quem Bartholomæum-Friedricum, Gebassæ & Kreyenbergæ Dominum fuisse novimus, ex Actis solenniss. Inaugurationis Salanæ, cui triennio ante mortem interfuit.

Beichlingium.

bis audivimus. Cui adstipulatur Fabricius, qui viduam Adami Comitis bona Comitatus propter nomina Wertheris aliisque vendidisse addit [i]. Erant autem utrique, & Fabricio & Dressero, arcana Wertherorum omnia nota, quos plures per annos literis ac moribus domi forisque erudiverant. His adeo majorem fidem adhibendam esse arbitror quam Peccensteinio, qui Philippum quendam substituit Beichlingium [k].

Lite-

(i) Feudum fœmininum (ut vulgus Jurisperitorum vocat) s. hæditarium Beichlingam fuisse tradunt, adeoque ab agnatis & consortibus feudi venditio ejus minus impediri potuit, licet plures tunc supererant & fratres & agnati venditoris, forte & filii. Aggravant causas venditionem urgentes incendia & hostilia damna, & opes exhaustæ &c. æterno perincludæ Familiæ dispendio.

(k.) Laur. Peckenstein, post Fabricium, Albinum & Dresserum, Historiographus Elect. Sax. constitutus, P. I. Th. Sax. f. 296. seqq. habet: Vor weniger Zeit ist in sonderbahren Beruffe gewesen / Herr Dietrich von Werthern / Ritter und J. U. D. auch dreyer Römischer Käyser sehr beliebter Rath und Minister, welcher auch die Graffschafft Beichlingen / nach Abgang der beyden letztern Besizern / Herrn Philippi, & Bartholomæi, Grafen zu Beichlingen / umbs Jahr Christi 1553. Kauffswaise zuerst an sein Geschlecht gebracht ic. Dessen ältester Sohn andrer Ehe / Herr Wolf von Werthern / gleichfalls ein hochangesehner und gelehrter Herr gewesen / welcher die alte fürnehme Römische / Königl. und Käyserliche Burg Beichlingen mit firtreflichen Gebäuden gezieret / wie die daselbst angeschriebene Inscription bezeugt ic. Sed uti confusus & fallax est plerumque & ducax nimis Peccensteinus; ita in hac Wertherorum historiâ filium pro patre Joh. III. (Beichlingæ arcis primò suæ gentis possessore) substituit, ultimos Comites Beichlingios (qui *Comitum* titulò extrâ Comitatum sui nominis adhuc uti solebant, licet nomen eorum & sanguis hodiernum superet vigeatque in equestri familia) cum ultimis possessoribus avitæ Domûs & arcis Beichlingæ confundit. id quod ex supra adductis Familiæ Wertherorum documentis, Fabricij & Dresseri verbis clarius patebit.

Literis & armis nititur imprimis Nobilitas, omnium Sapientium, & ipsius adeo sacratissimi Nomothetæ, Institutis suis præfantis, effatô : præsidiorum horum ubi neutrum est nec fuit, ibi labare Nobilitatem necesse esse &c. *Adamum-Friedericum* patrem Martiâ virtute inclitum Equitatu Saxo-nico summi Ducis nomine præfuisse intelleximus : *ADAMUM* filium, Heroem summâ eruditionis gloriâ præfulgidum, S. Imperii Rom. supremo Judicio Camerali, quod Augustæ Nemetum tunc florebat, sublimi atque principali (1) dignitate præsedisse, sed & duos filios habuisse, Metropolitanæ Coloniensis tunc Canonicos primarios eruditos, in Actis publicis eorum temporum advertimus (m). Filium

Adamus
Comes
Beichl, Ar-
chon Spi-
rens, 1530.

E 2

Ada.

[1] Verba Cæsar. Constit. Camera Imperial, Spir. hæc sunt : wir sehen und wollen auch/ daß allzeit ein geborner Fürst/ oder zum wenigsten ein fürnehmer und gelehrter Graf des Reichs zum Cammer-Richter &c.

(m) Heros atque Jultitarius erat summè eruditus *ADAMUS* noster, sed Aulæ Cæsar. & Procerum Imperii instinctu quandoque suæ religionis addictis vela pandere necesse habuit: ob id invisus Protestantibus, exceptionem suspecti Judicii & fori minus competentis moventibus. uti ex relatione Illustr. Seckend. L. III. Hist. Luth. f. 77. pluribus elucebit: Missus erat sub initium anni 1534. Spiram foederatorum nomine D. Philippus Roseneccius, Consiliarius Electoris Saxonie. Hic d. 30. Jan. Instrumentum recusationis publicæ in consensu judiciali, adhibitis Notariis, insinuavit. Aderat Judex Camerae, *Adamus Comes à Beichlingen*, ex vetustâ in Thuringia familia, sed superiori seculo extinctâ, vasallus is erat Ducis Georgii, ut & Electoris. Assidebant ei tunc viginti Assesores: inter quos illustri genere nati erant *Friedricus Schenek Baro Tauteburgius*, itidem ex Geo. Ducis provinciâ, *Wilhelmus Wernerus Zimbriæ Dominus*, Baro Svevus: ex equestri ordine *Sebastianus ab Hirnheim Svevus*, & *Andreas à Conritz Misnicus*: reliqui JCSI erant. Contenta Instrumenti recusationis erant, notorium esse, Protestantes pium & orthodoxum verbi divini sensum & ductum secutos, in graves de religione controversias cum Pontifice & ei adherentibus incidisse, & harum definitiorem ad Concilium universale liberum & Christianum delatam esse. Injustè itaque agere

Joannes Co- *Adami* alterutrum, *JOANNEM*, metropol. Colon. Præpo-
 mes Beichl. situm, unâ cum Decano, Comite Schwartzburgiô, Evange-
 Præpos. Co- lio non obscure favisse, edocet Illustris Seckendorfius ad A.
 lon. 1540. cl. lxxliii. ex Actis hujus Seculi religiosi (n). Alterius
 Anon. Beich *Adami Archontis Spirensis Filii*, quem unâ cum fratre Jo-
 ling. Canon. *anne* sacri ordinis honoribus tinctum Seckend. affirmat, no-
 Colonienf. men propter incuriam Scriptorum ignoratur. *PHILIP-*
 1540. *PUM* fratrem nominant Zeilerus & Peccenst. ultimi sui
 Philippus nominis familiæque Comitis, *Bartholomæi*, de quô paulô
 Com. Beich- post dicturi sumus. Hunc Comitiis interfuisse auguror, A.
 ling. A. 1546. C. cl. lxxlvi. a Mauritio El. Sax. gl. m. Freibergæ Hermun-
 duro-

Camerae Judices, quod ex unius tantum partis, Pontificiæ scilicet, principiis sententias ferrent. — Distinctionem, quam invenerint inter causas fidei & possessionis, dudum refutatam esse. Excipiebatur in specie contra *Beichlingensem*, quod non solum Pontificius esset, sed & duos filios *Canonicos* haberet, & contra Evangelium asperrimè loqueretur; reliquos etiam Assessores omnes Pontificiæ religioni addictos Clero favere, Evangelicis verò infensos esse. Addita fuit denominatio judicum, quorum arbitrium admissuros se esse dicebant Protestantes. &c. Hæc Seckend. c. l.

(n) Hæc ipsâ relatione religiosâ jam facta est mentio duorum filiorum *Adami*, Archontis Camerae Spirensis. De alterutrô horum addimus verba illustris Autoris c. l. fol. 438. historiam satyræ, sub nomine Cleri Colonienfis contra Bucerum & omnes Evangelicos scriptæ editæque, quam ipse tamen Clerus primarius Colon. tanquam futile & ignominiosum Scriptum aspernabatur, recensentis; In Collegiô Metropolitanano, cujus maxima pars constat ex illustris profapiae viris, Evangelicæ Doctrinæ non obscure favebat Decanus, Henricus Comes à Stolberg & *Johannes Comes Beichlingensis*. Cautè agebant Adolphus Comes Schaumburgius &c. NB. *De Adamo* addit Autor Chronol. Personarum Judiciî Camerae Imperialis Spirensis, eum A. 1507. successisse Sigismundo à Rourbach, eundem demum factum Archi-Episcopum Magdeburg. abiisse ex Camera Spirensi 4. Junii A. 1535. de quô equeidem nihil certi nobis constat, nisi fortè Coadjutoris nomine signandus veniat:

durorum institutis. Prænomen enim tacet Mollerus in Annal. Freib. urbis.

HUBERTUM Comitem *BEICHLINGIUM* Ductorem Hubertus copiarum Germanicarum, quarum operâ Rex Galliae usus fuerat contra Anglum: eundemque paulò post dimissum, unâ cum Reckerodo & conductio milite transiisse in castra Protestantium, A. clò lxxlvi. è clade Mülbergensi salvum cum socio Reckerodo (*) evasisse Wittebergam, bienniò jam antè Metis captum atque capitis damnatum, sed Maximiliani Archiducis precibus liberatum, biennio post verò à Cæsare in Comitibus Augustanis una cum omnibus ducibus bellicis, qui Electori Saxoniae pro aris & focis Germaniae Evangelicae militaverant, tuncque à Gallo in Scotiam missos cum auxiliaribus copiis, contra Anglos, demum fuisse proscriptum &c. prolixè referunt Sleidanus (o), Thuanus, (p)

E 3

Fale-

(*) Quoties *Huberti* hujus *Beichlingii* mentio ap. Scriptores incurrit, proximum Reckerodi nomen adverte, perpetui fortunæ & periculorum comitis, & amici verè talis. Hic est ille Reckerodus, qui exercitum Jo. Friedrici Elect. Saxoniae, cum Lipsiam obsidione cingeret, atque horrendò tormentorum impetù continuo urbem impugnaret, summâ laude moderabatur. De quò lascivus praesidiarius miles Mauritianus cantabat intrâ muros: *Der Churf und Jurg Reckerod/ soll uns die Stadt wohl lassen/ ja lassen.* Cui Reckerodius, quo erat heroico animo, opposuit: *Er wolt sie hencfen lassen.* Quod etiam pluribus evenit, audaciter nimis ex urbe prorumpentibus.

(o) Sleidani verba lib. XV. Commentar. de Statù Rel. & Reip. sub Carolo V. Imp. ad A. 1544. sunt: Militabant Cæsari Mauritius Dux Sax. & Albertus Brandenb. cum singulis equitum millibus: Guilielmus item Fürstenbergius, peditum Praefectus, & Sebastianus Schertelinus: protestantium religionis omnes. Dum Cæsar est Meti, captus in Lotharingia fuit *Hubertus Comes Beichlingius*, Germanus, qui Galliae regi merebat. Adductus Metim, damnatur capitis uxor, cum eò venisset, ad pedes projecta Cæsaris, nihil egit, & jam erant ad supplicium instructa omnia. Tandem summittitur Ferdinandi Regis filius Maximilianus, quem Cæsar ad se nuper receperat is demum exorat & vitam

Faletus (q) & qui gesta eorum temporum, belli cum primis Smalcaldici & Carolini, consignarunt. Novum *Beichlingiani* nominis Martiale sydus! sed nomen *Humberti*, Familiae

ei servat &c. Idem LXVII, ad A. 1546. seqq. pergit: Facta nuper pace inter Galliae regem & Anglum, opportunè protestantibus accidit, quod milites Germani auxiliares dimissi transfirent ad ipsos, ductore *Beichlingo* Comite & Georgio Recrodo, qui Landgravii erat beneficiarius &c. Autor ad A. 1546. circa finem cit. libri seqq. subnectit: In protestantium castris erant, præter fratrem & filium Elect. Sax. Jo. Friederici, & 6. Duces Brunsvicenses, Wolfg. princeps Anhaltinus, Georgius Wirtembergicus, Christophorus Hennebergius, Albertus Mansfeldius cum duobus filiis, Ludovicus Oettingensis cum filio cognomine, Gulielmus Fürstenbergius, Christophorus Oldenburgius, *Hubertus Beichlingius*, Heideccus, Comites omnes: Recrodus, Risenbergius, item Helvetiorum octo signa &c. Idem lib. XLIX. Propè Donawerdam ad Protestantes veniunt Christophorus Oldenburgius, Friedrichus Risenbergius cum duabus legionibus, & Comes *Beichlingius* cum quinque signis peditum &c. Idem ad A. 1547. lib. XLX. Captus cum Electore-Saxone fuit Ernestus Brunsvicensis, Captivorum ingens erat numerus, qui ex fuga superstites fuerunt, circiter quadringenti, Wittenbergam contenderunt. In his erant *Beichlingius* & Reccrodus &c. & paulò post: A pace (quam Cæsar cum Electore captivò ejusque filiis-hæredibus inijt) excluduntur Albertus Mansfeldius ejusque liberi, *Beichlingus Comes*, Reingravius, Recrodus, Thumshernus. Quamquam hic, si copias intra mensem dimittat, comprehendetur &c. Claudit demum historiam *Humberti* Sleidanus sub. init. libri XXI. ad A. 1548. sequentibus: Hòc tempore rex Galliae copias auxiliares in Scotiam mittit adversum Anglos, & in his Germanos, ductore Reingraviò. Cæsar verò *Comitem Beichlingium*, *Hubertum*, & Sebastianum Schertelinm iisdem tabulis proscribit: neque multo post Reingravium, Heideccum, *Recrodum*, Risenbergum. Et simul exteros omnes principes orat, ne tutelam eorum suscipiant, sed in eò sibi gratificentur, & cum res ita feret, idem ab se jubet expectari. *Hucusque Sleidanus.*

(p) Lib. IV. Hist.

(q) Lib. V. quorum relata huc transferre, super vacaneum duximus.

liæ & Thuringiæ cætera ignotum, meritò miramur: nisi idem fortè sit cum *HERMANNO* Comite *Beichlingiô*, quem A. clò lclix. Templum Kindelbrugæ, in quod cives oppidi confugerant, ob comneatum denegatum, aliasqve injurias, militari more concremâsse tradunt. Kindelbrugam verò, cum omni cohærente *Weiffenseehensi* ditione, *Beichlingiani* Comitatus quondam partem fuisse, suprâ monuimus (r).

Hermannus
Comes
Beichling.
A. 1559.

Ex his omnibus sibi coævis, velut inter ignes Luna minores caput extulit utriusqve militiæ laureis perinclitum, Illustrissimus Comes ac Dominus, Dn. *BARTHOLOMÆUS-FRIEDERICUS* (s) S. Imperii Romano-Germanici Janitor hæreditarius & Comes *Beichlingius*, Dominus *Gebassæ & Kreyenburgi &c.* Heri sui, Principis-Elect. Sax, invictissimi, Joannis-Friedrici, divæ memoriæ, constans atqve perpetuus in utraqve fortuna comes, cum eodem (t) pro salute pressæ Ecclesiæ Evangelicæ & libertate Germaniæ, cui Hispanorum fastus tunc inhiabat, fortiter dimicans, in statione sua, quam intrepidè tuebatur, propè *Mülbergam* captus, unaqve custodiæ traditus *Alphonso Vivi*, militiæ Hispano-

Bartholomæus-Friedericus, ultimus
Comitum
Beichling.
© A. 1560.

(r) Ita legitur in *Chron. Thuringiæ*, cujus etiam meminit *Anonymus eruditus* [quo elogiò hunc recentiore[m] autorem ab obscuris illis anonymis prisca ævi, quorum unus de *Landgraviis*, alter de *Thuringia*, tertius de *Erfurdia* & quisqvilias & fabulas spargit, suò meritò distingvo] in *Chron. Thur.* p. 235. 328.

[s] Hunc *Spangenb.* & plures alii simpliciter *Bartholomæum* vocant, sed *Adrianus Beierus*, attentus inimum quantum *Thuringiæ* suæ Scriptor, documentis *Acad. & Famil. munitus*, celebre familiæ nomen *Friedrici* superaddit in lib. de *Acad Jen.* p. 47. Apud Scriptores *Belli German.* omisso utroqve prænomine *junior Comes à Beichling* audit. *Conf. Sleidanus lib. XIX. Thuanus lib. IV. Lud. ab Avila l. 2. Fale-tus l. 5. Hortled. P. II. B. G. lib. 3. cap. 70. f. 577. seqq. Sagitt. Diff. de Jo. Friedr. El.*

(t) Una cum tribus Comitibus à *Gleichen & Ernesto Grubenhag.* addat. *Anon. Chron. Thur. 22. p. 465.*

Cæsareæ tunc Archistratego : quinquennio verò post ab ipso Imp. proprio motû, unâ cum herô, à quô divelli non potuerat, pristinae libertati restitutus, cum eodem D. xxvi. Sept. A. clò lclii. inter ingentia júbila & gratulationes ovantis patriæ Vinariam intravit. Post fata demum Heri solennissimam inaugurationem Almæ Salanæ, quam splendida congregatio Principum, Comitum & Baronum, cum flore Equestri ordinis illustrabat, præsentia sua condecoravit, cujus auspicia & fundamenta jam antè consiliis & operibus promoverat heres, literarum non minus quam armorum peritiâ in aulâ Saxonis sui quondam excultus. Paucis annis post, clò lclx. circiter, fati suis cedens familiam Comitum sui nominis, qui per tot retrò secula celebritate orbem compleverant, ἀπαισ terminavit (u): relictis tamen agnatis aliquot junioris lineæ, qui Equestri sorte contenti posteritatem nomenque gloriosi stemmatis *Beichlingiani* ad hæc usque tempora continuant, aulamque regiam ornant & patriam demerentur. Ex Equestri *Beichlingiorum* familiâ, quæ pares (id quod pluribus jam supra assertum ivimus) cum Comitibus origines, eademque Insignia habet, & non nisi apanagiis à primariâ illa illustri s. regente, & arcem atque Comitatum Beichlingam dirigente, lineâ distingvitur, scri-

(u) Idem p. 236. ubi verba : Aus diesen vornehmen Geschlechte zu dero Graffschafft auch vormahls die Gegend umb Weiffensee/ Kottenburg/ Kelbra und Kyfhausen in der güldnen Aue/ auch Cannerwurff und andere Plätze gehört haben/ ist endlich Graff Barthol. Friedericus, des H. Röm. Reichs Erb-Cammer-Zhürh. zu Gebesen und Kreyenburg/ (in vicinia Viehæ ad Onestrum) geseffen/ nachdem Er unter andern rühmlichen Berrichtungen die Universität Jena An. 1558. einweyhen helffen/ Kurz darauff sonder einige Erbsolger verstorben ic. Quo jure quove tempore ad Comites *Gleichenses*, item *Barbienses* transierit *Beichlingiani* Comitatus titulus, nondum satis constat : licet utramque illustrem familiam eò usam fuisse ad tempus, tradat Peccensteinus, qui sæpè plura tradit, quam probat.

ptis inclaruit **ZACHARIAS**, Vicariæ S. Sixti apud Merse- Zacharias à
burgenses Canonicus &c. cujus Commentarios, alterum de Beichlingen
Præscriptionibus (x), alterum de Arte Typographicâ inscri- Canon.
ptum, tanquam illustris eruditionis *Tenzelius*, laudat CL. Martisb.
Tenzelius, Ser. Ducum Sax. lineæ Vinar. Historicus (y) ob
varia curiosa politevmata in iisdem ventilata.

Ad Majores Tuos, **DOMINE**, quos Ascendentes in li-
neâ rectâ appellare consuevimus, devenio. Eminent ex his
MAURITIUS pater, abavus, & **MAURITIUS** filius, proa- Mauritius
vus Tuus: uterque *Colledæ* (quæ magna quondam portio sen. Mauri-
erat perincluti Comitatus, & post *Beichlingam* arcem pri- tius jun.
maria Familiæ sedes, oppidumque & Conditorium (z), Colledani.
Beichlingiani nominis primarium, Dominus, uterque ibi-
dem sepultus. Mauriti jun. filius erat **DIETERICUS** Dietericus
WILHELMUS, Potent. Elect. Sax. in Regimine Ingenui Wilhelmus
Episcopatus Misnensis Consiliarius, Collegiatae Ecclesiæ Confil. El.
Wurcinensis & Capitali Canonorum Decanus, supremæ Sax.
Curia Electoralis atque Ducalis Saxonica, quæ Lipsiæ flo-
ret, Assessor splendidissimus &c. quô nasci contigit Patri
Tuo, **DOMINE**, summè venerando, Illustri admodum He-
roi ac Domino, Domino **HERMANNO-GOTTFREDO** Gothofre-
à BEICHLINGEN, Dalwitii, Tzschornaviæ, Baselitii &c. dus-Her-
Domino, Collegiatae Ecclesiæ Nicol. Magdeburgicæ, ut & mannus,
Wurcinensis, Collegæ, & supremæ Curia Elect. Lipsiensis Reg. Pol. &
El. S. San-
non ctior Conf.

F

(x) Zach, von Beichlingen Rechtliches Bedencken von Verjahrungen & Proto S.
recus. prodiit Lips. 1673. 4. Præs.

(y) Tenzelius in Monatl. Unterr. Anni M. DC. XCIII. p. 663. vor
Jahren hat ein Dom-Herr zu S. Sixti in Merseburg/ Zacharias von
Beichlingen/ einen Unterricht von der Buchdruckerey edirt, darin
nen zugleich allerhand Quæstiones politicae, e. g. de Suprematû Prin-
cipum Imperii in suis territoriis, de Officio & dignitate Auditorum
generalium Rotæ Rom. &c. per digressionem ventiliret werden. Da-
hero wohl zu lesen.

non ita pridem Archonti, atqve Aulæ Elect. Sax. Purpurato & Consiliario Aulicô &c. nunc verò gloriosissimi Regis & Electoris nostri Sanctiori Senatori, & Proto-Synedrii sacri, quod Dresdæ viget, summo Præsidi &c. undiqvaqve magno: Qui vitæ thoriqve sociam sibi delegerat, nobilissimam generosi sanguinis matronarum, PERPETUAM-MARGARITAM LUTTICHAVIAM, Tzschornaviensem, perillustris trigæ (*) filiorum tam felicissimam matrem, *ὡν ἔν τῶν ἁγίων.*

Si deniqve in laudes illustrium familiarum, quæ Te utroqve sanguine, *DOMINE*, propius attingunt, excurrere liceret, amplissimus pateret campus. Licebit tamen in hac chartæ angustia, quasdam vel leviter attigisse. Ex *LUTTICHAVIIS* præter avum Tuum, *DOMINE*, maternum, perillustrem Heroëm, Dm. WOLFG. SIEGEFRIEDUM, Tzschornaviæ & Baselitii Toparcham, S. Rom. Imperii per utramqve Saxoniam rei monetariæ Præfectum, Ser. El. Sax, sanctiorem Consiliarium, Cancellarium & Purpuratum &c. (a) ejusqve patrum *Wolfgangum*, Cancellarium Elect. Saxoni-

(*) His addimus Domini *Jo. Siegefridi à Beichlingen*, Regii Comitæ & Purpurati, fratris illustrissimi Domini Cancellarii germani, Panegyricum, magno suo *AUGUSTO*, ad regium folium Polonorum evecto, submissæ gratulationis ergò publicè dictum in Alma Friedriciana, publiceque ibidem impressum Anno 1697. fol. quem Academiæ tunc Rector Magnificus solenni indictionis instrumento seqq. commendat: Hic est antiqvæ nobilitatis juvenis, *Jo. Siegefridus à Beichlingen* Eqv. Mithicus, indole dignâ suo genere præditus, qui illustribus exemplis, quæ domi suæ habet, *Patre, Fratre*, utroqve summæ dignationis virò, & arcanorum Regis Electorisque particeps Consiliario, & *alterò Fratre*, Ejusdem in militia Generali Adjutore &c. cujus politam orationem XXIX. Octob. in Auditorio majore habendam &c.

(a) De eruditione Specimina aliquot Academica publicè edita testantur: Saxonis verò sui imperium in eum favorem & amorem solennissimus conductus feralis, quem ipse Serenissimus funus prosequendo ornabat.

xonicum, raræ prudentiæ justitiæqve assertorem (b): Tritavus Tuus, *DOMINE, Wolfoangus* in *Groß Kmelen*/J. V. D. & IV. Saxoniae Ducum atqve Elect. Consiliarius, sed & sacri Synedrii Electoralis, quod Misena tum florebat, ad tempus Senator gravissimus inclaruit, magni quondam apud Georgium Ducem Sax. æstimii, XV. superstitem liberorum pater, quos inter eminuit *Siegefridus in Zschorna & Kmelen*, Abavus Tuus, Augusti & Christiani I. Electorum Saxoniae Consiliarius, disciplinæ aulicæ Ephorus & Satrapa Senftenbergensis, multæ laudis. Adde Johannem-Siegefridum, Electoralis viduæ Sax. ad tempus Prætorio Præfectum; post demum Seren. Regis Daniæ rerum metallicarum per regnum Norvagiæ Exarchum, splendidissimâ pompâ funebri, nec illis in oris antea unquam visâ magnæ matris commendatum Braganoæ A. O. R. clō lō XLV. Insigne demum superaddo eruditæ Nobilitatis decus futurum, *Wolfg. Gottlobum*, Matris Tuæ, *DOMINE*, b. m. fratrem, cujus fructus patriæ profuturos præmatura nobis fata inviderunt. Inter Majores paternos Tuos, *Domine*, primô locô numeramus **TEUTLEBIOS**, quos à Comitibus Orlamundanis descendere quidam autumant, inque his primorum Landgraviorum tempore duos *Conrados*, quorum alter A. clō cc LXX. Principis nomine magno Dicasterio Gothano assidebat; alter A. clō ccc xxc. Satrapa Gothanus salutabatur (c). *Valentinum*, J. V. D. in aula excultum Lateranensi, Antistitem demum Hildesensem ab A. clō lō xxxvii, quô Ottoni Comiti Schauenburgicô successit: cujus laudes meritaqve Annales decantant (d). Cui non innotuit *Caspar* ille, auratæ militiæ E-

Teutleben.

F 2

qves,

(b) Hôo elegiô ornatur à Fabricio in A. M. U. ad A. 1569. & Albinô in Chron. Misn. Tit. XXV.

(c) De his D. Casp. Sagittarius in Hist. Gothanâ, & Friedr. Hertl. l. IV. B. G. cap. 9.

(d) Conf. Chron. Sax. Pomarii & Dress. f. 576. 597. Spangenberg. P. II. Alt. f. 191.

qves, Friederici Sapientis Electoris Saxoniae secretior Con-
filiarius: idem sub Electore Joanne Constante tunc recens
fundato Areopago Wittenbergensi inter primos quoque af-
fidere meruit, magni Lutheri & Geo. Fabricii Scriptis abun-
dè laudatus. Quem denique alter hujus nominis latet, il-
lustris Carpophorum Societatis auspex & vicarius Praeses,
aularumque Saxo-Vinar. Jenens. Coburg atque Ifenacensis
sanctior Confiliarius Praetorioque Praefectus: cujus erudi-
tas laudes recensent Adr. Beierus & Neumarckius, & Socii
Fructiferi passim (e). Patrem ille habuit Jo. Ernestum, mi-
noris Sommerdæ hæreditarium, Curiae Provinc. Jenens. per
dimidium ferè Seculi Assessorem & demum Praefidem.

Wangenh.

WANGENHEIMJORUM Romana origo (f) dedit
Friedericos aliquot, literarum armorumque gloriâ totò ferè
orbe cultiore claros, inque his *fortem bellatorem*, qui herum
suum, Friedericum Severum, Landgr. Thur. & March. Mi-
sniæ, annò clò ccc xxxix. apud Anglos, præsentè Rege &
primariis proceribus Regni, equestribus ornamentis inau-
gurabat, æterna sui nominis familiæque gloria (g): *virtum-*
que

(e) Beierus in Acad. Jen. passim, & Neum. in Hist. Carpoph. p. 12. 14. 17.
48. 69. 152. 160, insertis simul icone ejus, insignibus, symbolo, emblema-
te, epigramm. & elogiis variis.

(f) Ita Peccenst. P. I. Th. Sax. Cap. 18. Soll vor alters ein Herren-
Stand gewesen und Röm. Ankunfft seyn/ massen die Thüringische
Chronicke meldet/ daß A. C. 455. 3. Gentilhomme aus Rom gewis-
chen und in Düringen angelanget/ allwo sie sich Nertmanne genen-
net und bey Creuzburg niedergelassen/ darneben das Schloß Wan-
genheimb erbauet und sich lange Zeit Herren davon geschrieben.

(g) De hoc Monachus Pirnensis: Friedrich/ Landgraff Friedrichs des
Freudigen Sohn/ zog umbs Jahr 1338 mit guter Ritterschafft in
England zum Könige/ und ward von ihm nach gehaltenen Schlacht
mit dem Könige von Frankreich zum Ritter geschlagen/ durch Fried-
richen von Wangenheim/ etwo Amptmann (aliis audit Stadthal-
ter.) zu Gotha/ weil er sich verweigert solche Würd anders anzuneh-

que strenuum (ita à Nobilibus in Diplomatis Principum distinguitur) ad A. clō ccc-lxxii. Friedrici Strenui L. Th. & M. M. sanctiorem Consiliarium & quasi Topantam: inde *tertium hujus nominis*, Friederici Bellicosi, primi ex Landgr. Thur. Principis-Electoris, ducem militiae fortissimum, cujus laudes recenset Spangenbergius (h): *Friedericum* in Winterstein/ Jo. Constantis & Jo. Friedrici Electorum Saxoniae, hujusque Principum-hæredum, magni nominis Consiliarium, qui A. clō lō xxix. primæ per Thuringiam Misniamque Electoralem Visitationi generali præficiebatur, A. clō lō liii. demum ad petatum Ducis Prussiae unâ cum Theologis Vinariensibus Regiomontum ablegabatur, componendæ hæreseos Osiandrinæ causâ (i). His addimus *Friedricum & Jo. Friedricum* in Wangenheim & Winterstein/ insignes literarum literatorumque fautores ac Meccenates, multorum in scholis & academiis viventium nutricios, laudante Dresserô (k): *Buchardum* in Altenstein / Luthero in Patmo viventi maximè commendatum (l): *Balthasarum* denique, quem primariis Seculi XV. Martii heroibus annumerant, circa A. clō cccc l. inclarescentem.

F 3

Comi-

men/ als von einem der nie vor seinen Feind geflohen war. Hatte also dieser Wangenheim mehr Ehr als der König und alle seine Grossen. Adstipulatur Geo. Fabricius L. VI. Origg. S. f. 640. seqq.

(h) In Chron. Mansf. f. Sax. C. 360. add. Chron. Seebach. MSC. Adel. Erichii.

(i) Chytr. in Chron. Sax. & Anon. in Chron. Thur. recent. p. 92. 171. 494.

(k) In Dedic. Rhetor. illustratæ, quæ Basileæ prodiit 1573.

(l) Illustris Seckend. in Hist. Luther., Scriptores item vitæ Lutheri, & ipse *ὁ πᾶν* in relat. de Patmo sua, quæ Tomis ejus inserta extat. Obiter hîc submonendum duxi, *Hardi* agnomen, quod *Burchardo* huic tribuitur, omnibus hujus familiae quondam solenne ac proprium fuisse: id quod venaticus *canis* in Insignibus gentilitiis Wangenheimiorum (hoc enim cognomen à sede hæreditaria iisdem adhæsit) testatur. Legi quoque merentur, quæ in gloriam gentis adducit Anony-

Slothheimb,

Comites à SCHLOTHEIMB, Regum quondam & Principum Thuringiæ Dapiferos hæreditarios, Laudat Georg. Fabricius in historiâ Friderici fortis f. Admorsii, ob strenuam navatam operam in vindicando patrimonio avito, adversus injustos invasores & ipsius patris degeneris nequitias, viris & viribus inter proceres Thuringiæ tunc maximè potentes (m). Fortissimum bellatorem *Hermannum* celebrat Spangenbergius [n], Ludovici Sancti, heri sui & penultimi Landgravii Thuringiæ fidissimum Achatem magni itineris, quod in Terram sanctam devotionis causâ instituerat Friedericus Imperator A. C. clōcc xxvii. hujusq; fratrem *Helvigium*, Prætorio Principis Præfectum, qui post extinctum Henricum Rasponem, Ludovici Sancti fratrem, apicem gentis Schönburgiæ & electum Romanorum Regem, unâ cum fratre Hermanno modò laudato, atq; *Friederico*, primariò tunc Comite *Beichlingano*, & magnificis aliquot Thuringiæ viris, quorum mentio fit in Instrumento Obligationis,

mus sæpè laudatus Thuringus in Chron. suo p. 280. 285. it. p. 56. Ubi immunitates & prærogativas arcis Wangenheimiæ indeque denominatæ Familiæ generosæ celebrat. Adhæc præter suprâ adducta Peccenteinii, in Diplomate Henrici Rasponis, Rom. Regis & ultimi Landgr. Thur. Cap. Sagitt. in Hist. ejus p. 4. inserto) *Ludovicus à Wangenheim* inter primarios Henrici ministros & consiliarios regios præponitur Baroni Pincernæ Tautemburgio. Ergò æquales tunc fuerunt Wangenheimi Baronibus.

(m) *Schlotheimb* / quasidicas *Schloß heimb* / præcipuis castrensibus [*Schloß-gesessenen*] Thuringiæ quondam annumerati. *Schlot* enim antiquâ Thuring. & moderna Saxonica linguâ idem quod nobis *Schloß* audit. Tesseram hujus qualem qualem nominis interpretem in Insignibus ad hunc usq; diem circumferunt feram pensilem [*Vorleges Schloß*] antiqvæ formæ. Avita arx *Schlotheimb* cum prædiis & pagis coherentibus Præfecturæ titulo Schwartzburgicis hodiè paret, lineæ Rudolphopolitanæ.

[n] *Udel Sp.* P. I. f. 349. & P. II. f. 151, 209. 221. 416.

gationis, supra adducto, designato novo Thuringiæ Principi, Heinrico Illustri Marchioni Misniæ, fidelissimam operam adversus Brabantinas insultationes præstiterunt, juraq; Principis in Thuringiam, viribus & opibus & consiliis pro virili firmârunt. Itemq; *Georgium*, incomparabilem heroem, circa A. clv cccc lx. armorum gloriâ adversus rebelles Bohemos inclarescentem [o].

BOYNEBURGIORUM magna est gloria, literis & ar- Boyneb. de
Hohnstein.
 mis parta. Hohnsteinensem lineam nil nisi agnomen & le-
 vis quædam nota Insignium à Weisianâ distinguit. uti san-
 guinis & originis, ita gloriæ & meritorum alterutra alterius
 particeps videtur, Eminuit priscis temporibus *Theodori-*
cus, Satrapa Elect Sax. Longo Saliffensis; nostrâ verò me-
 moria - - - - - Aulæ Saxo Isenacensis Prætorio Præ-
 fectus: hujusq; filius omni erudito orbi venerabilis, Illustris
 atq; Eminentissimus Dn. *Job. Christianus*, primus suæ gen-
 tis Liber Baro, auratæ militiæ Eques, Rever. Electoris Mo-
 guntini sanctior Consiliarius & supremus Prætorio Præfe-
 ctus &c. cujus eruditas Laudes passim spargit Hermannus
 Conringius, in illustri opera s. Epistola de Bibliotheca Au-
 gusta Gvelfherbytanâ, & omni simul re Bibliothecaria con-
 scripta, nominiq; Boyneburgiano inscripta (p). Filium hic
 genuit cum A. C. Schützia de Holtzhufen *Philippum-Wil-*
helmum, metropolitanæ Moguntinensis Canonicum, pa-
 trissantem: filiamq; *Sophiam*, illustrissimi herois, Melchio-
 ris Friederici Lib. Baron. de Schönborn, Aulæ Moguntinæ
 primarii Ministri & Vicedomini Schafnaburgici &c. thoro
 focia-

(o) add. Anon. Thuring. in Chron. recent. p. 436.

(p) Add. elogium celeberrimi Polyhistoris, I. H. Bœcleri, in Muséo p. 66.
 seqq. ubi omnis civilis prudentiæ consummatissimus audit, & meritò
 inter Trium viros Germanorum, non ad sui tantum sed omnis avi
 exemplum memoriamq; illustres, primo loco numerandus &c.

sociatam [q]. Celebrantur adhæc apud Illustrem Seckendorffium (r) *Conradus Boyneburgius*, dictus *parvus Hesus*, inter duces bellicos Caroli Caroli V. Imperatoris haud minimus, avus Dni. Seckend. maternus: *Georgius I. V. D.* & Legatus Principis sui, Philippi Hassiaci, ad Imperatorem, Regem Angliæ & Principes Germaniæ meritissimus: *Ludovicus*, delectus arbiter diffidiis componendis inter Saxonem & Hassum &c. *Sigismundus* deniq; ille, cujus magna vis ingenii, eruditionis, prudentiæ & gravitatis enituit maximè in fœdere cum Electoribus, Saxone & Brandenburgo, Hassi sui nomine pangendô; ut & in Conventibus Principum, Francofurtano, Mülhusano & Smalcadico, in quibus Principis sui jura strenuè asserebat, Saxoni-Electori ob id abunde commendatus.

Kockb.

KOCHBERGIORUM dignitas elucet in *Bernhardo*, *Wilhelmi Fortis Ducis Sax. & Landgr. Thuring.* Consiliario quondam secretiori ac primariô. Hunc unâ cum fratre germano, *Conrado*, ob strenuam in expeditione Hussitica navatam operam, Equitis aurati insignia & ornamenta reportasse legimus, beneficiô Ser. Elect. Sax. *Friederici Ildi*, Exercituum S. I. Rom. tunc summi Ducis (s). His aliquot seculis prior *Ernestus* Ludis interfuit circensibus, A. clō ccxvi. ab equestri ordine S. I. R. libero Franconicô institutis Swinfurti ad Mœnum. Ita ex eadem familia *Albertus*, A. clō ccc lxxii. Pabepergensia, & *Karius* s. *Eucharis* A. clō ccc lxxiv. Eslingensia ad Nicrum, utraq; à Nobilitate Svevica celebrata Trojamina solenniter concelebrarunt, (t). *Sebastianum* equitem auratum, bellicis laudibus clarum laudat Spangenbergius

(q) conf. Im Hof Notitia Procerum Imperii L. II. c. 8. n. 6.

(r) In Hist. Luther. passim. add. Chron. erud. Anon. Thur. p. 281.

(s) Annual. Freib. Molleri p. 97. Chron. Dresd. Weckii f. 121.

(t) Rixner Thurnierb. Æg. Albertini Heldenb. &c.

MARSCHAL. STARSCHEDL.

49

bergius ad A. clō cccc LX. (u). *Joannem*, Archisterii sacri ordinis virginum nobil. S. Mich. in Jena Præpositum memorat Beyerus (v) ad A. clōccc LXVI.

Quā maternos Tuos, *DOMINE*, majores, de *Lüttichaviis* jam supra egimus. Devenio ad *MARSILIOS* (x) seu *MA-* Marschall. *RESCHALLOS*, quorum hæreditaria dignitas quondam de Bieberst. erat apud Marchiones Misnenses, qualem totius Electoratūs Saxonici nomine generosa Læserorum gens nunc obtinet, idq̄ve merito suo. Familia Misniæ hodiernum non ignota, pluribus quondam imperabat clientelis. Ultimus possessor avitæ domūs & arcis Bieberstein/ ad Vultavæ Misnicæ & Bobrizæ confluentes (quæ illustri heroi, Domino G. F. à Schœnberg, summi provocationum Judicii, quod Dresdæ viget, Archonti hodiè paret) celebratur *Henricus*, hujusq̄ve filius *Nicolaus*, Marescalli de Bieberstein, Domini in Bieberstein/ Osdorff/ Deschis/ Hermisdorff/ Rochris/ Ritmis &c. Henricus sepulturam meruit in illustri Conditorio Vetero-Cellensi ad Muldam. Filium Nicolaus habuit *Georgium* in Osdorff/ Eberstach & Heyda/ Sereniff. Annæ regię Danicæ Ephorum aulicum Dresdensem, atavum Tuum *DOMINE*: nepotem *Jobum* in Eberst. & Choren/ militiæ Cæsareæ magistrum Equitum; pronepotem *Alexandrum* in Hermisdorff &c. Aerarii Provinc. Elect. Sax. Senatorem: abnepotes *Geo. Jobum* & *Mauritium Damianum*, qui summas in aulis Saxo-Magdeburgica

G

Ha-

(u) P. II. U. S. f. 220. b.

(v) in Archit. Jen. p. 469. Superaddimus omnium primum hujus familiæ, *Wolfg. à Ko. hberg*, Equitem auratum, quem A. C. 1165. Ludis equestribus Tigurinis, à Guelpho Bavarico institutis interfuisse, unaq; cum Thomâ Comite Reinecciò brabeja certantibus proposuisse, Heraldici affirmant, inq; his lib. Trojam. ap. Münst. sub rubrica: *Behndes Haupt-Turnier/ zu Zürich an der Leinnat gehalten/ &c.*

(x) Ita legitur in Scriptis veterum, apud Aventinum, Spangenb. in Hist. Molsdorf. & Mollerum in Chron. Freiberg. p. 345. 46. 53. 63. seq.

Halensi & Weissenfelsensi huc usque tenuerunt, summi Principum Prætorio Ærarioq; Præfecti, sanctiores Consilarii & Purpurati &c. Neque silentiô hîc prætereundum duxi nobilissimam matronam, *Martham Marsiliam de Bieberst.* in *Ogdorff*/ summi apud Sveones herois ataq; Senatoris Regni, Axeli Lili, Lib. Baronis &c. matrem, abaviæ Tuæ, DOMINE. cognominis ex sorore neptem (y).

Starfch.

STARSCHEDELIORUM antiquissima Misnica pro-
sapia dedit *Hindeconem* s. *Henricum*, ducem bellicum Præ-
torioq; Præfectum Dieterici, Marchionis Misniæ & Australis Terræ, quem unâ cum Hero suô illustri conventui, ab Imperatore, Pontifice & Principibus aliquot Imperii A. clo CLXXVII. Venetiis instituto, interfuisse, & majestatem Imperatoris, à Pontifice despectius tunc habitam, cordatè asseruisse, testatur Wolfg. Lazius, Hist. Cæsari (z). Inde *Henricum* Equitem auratum, avitæ sedis Mutinensis instauratorem: hujusq; filium *Dietericum*, omni laudum genere cumulatum, avum *Innocentii*, secundi hujus nominis, lineæ Bornensis fundatoris: *Henricum* cognomento *flavum*, Prætorio Ernesti Elect. Sax. Præfectum, Mutinensis lineæ
propa-

(y) Confer. Acta funeb. Erici Lili, ejusque monumentum in Templo Nicolaitano Lipsiensi. Addimus *Rudolphum Marsilium*, Equitem Misnicum, post res contra Hussitas rabiosos fortiter gestas, A. 1438. auratæ militiæ insignibus ornatum ab El. Sax. Friedricho II. militiæ Imperialis tunc summo Duce. annot. Chron. Dresd. p. 120. *Nicolaum in Oberschar*/ qui thori sociam habuit *Annam*, magni Lutheri neptem, Pauli filiam, cum Anna à Warbeck nobili Svevica progenitam. annot. Dressero in Parent. Pauli Lutheri 1586. defuncti. *Conradum*, Equitem auratum, Marchionum Misniæ ad magnum illud Concilium Constantiense 1413. comitem, itemq; *Henricum*, ejusdem professionis comitem, duce Burggravio Norimb. hisq; plures, de quibus Münst. Cosmogr. f. 577. seqq.

(z) Lib. 3. migrat.

propagatorem: *Innocentium* in Borna & Mülbus/ Confiliarum Elect. Sax. & ærario provinciali præfectum, abavum Tuum, *DOMINE*. Nostri demum seculi sydus, *Bernhardum* in Crimmitschau & Schweinsburg/ summum Aulae Sax. Elect. Prætorio Præfectum & Chiliarchum &c. Hisque plures pace belloque claros: quibus merito annumerandus supervenit Capitaneus ille Austrianus, cujus in historia Friedrici I. Elect. Sax. mentio occurrit; quem ob confirmata, renovata, sed & aucta Privilegia Auffigensium, regni sui Proceribus adscriptum, alboque provinciali insertum, cum omni posteritate jurium & beneficiorum regni participem fecerunt Bohemi (a).

CAROLOVITIORUM, jubar enituit maxime in incomparabili illô *Christophoro*, Herminii & Rubræ domûs Dominô, S. R. I. Equitum Quatuor viro hæreditario (b) & Equite auratô, IV. Imp. augustissimorum, totidemque Ducum at-

Carlowitz.

G 2

que

- (a) Ex documentis Familiæ genealogicis. Hujus etiam meminit B. Balbinus in Miscell. Boh. & Chronographi aliquot veteres.
- (b) Celebrant in Chronicis suis *Cyrolobicis* [ita illustris ille *Christophorus* literis ad Geo. Fabricium subscribit] Romanorum *Torqvatos*, originem gentis conditoresque. Adstipulante Zeilero P. II. Epist. n. 411. p. 367. Desisse demum Torqvatorum in familia nomen, cum nomen Christo darent auspiciis Caroli Magni, cujus in aula primas obtinebant, indeque mutato nomine audire cœpisse *Carlowitz*/ quasi *Carls Licht* (juxta Slavicam terminationem, inter Slavos enim tunc vivebant) sive *Vicarii Caroli* &c. plures tradunt recentiores, add. Emserus in Vita Bennonis cap. 19. Sublimi *Comitum* axioma ad hunc usque diem utuntur Carlowitii in Hungaria, quorum colonia in has oras est deducta, è celebri & antiquissimâ familiæ domo, oppido & arce *Carlowitz*/ ad Danubii & Tibisci confluentes, Salamancam & Varadinum Petri interjacens. Confer. Boëthii *Triumph. Kriegsh.* P. I. p. 186. 251. 263. 330. Circensibus Ludis A. C. 968. Martisburgi ad Salam celebratis interfuisse *Joannem*, Göttingensibus *Ludovicum* & *Imulam* virginem à *Carlowitz*/ testatur Clamorinus in lib Trojam.

que Electorum Sax. gloriosiss. Consiliario, Legato & oratore splendidissimo: ob summam eruditionem, sapientiam, experientiam, sed & tredecim campestribus periculis partam Martiam gloriam, summi seculi viris per omnem orbem cultiorem æstimato-laudato (c). Neque tacendi: Reverendissimus ille *Nicolaus*, AA. & Th-Doctor, penultimus Ingenuæ Misnensis Antistes & S. I. R. Princeps, &c. insigniter laudatus Fabricio, (d) Dressero, Geddicco &c. Atavus Tuus, *DOMINE, Rudolphus* in *Kreyscha/ Kriebenstein & Waldheim*. hujusque filius *Georgius*, Georgii heri sui secretior Consiliarius. sed & Henrici Pii, Mauritii & Augusti, Ducum atque Electorum Saxoniae gloriosiss. Consiliarius & Locumtenens ad tempus gravissimus, qui octogenario major decedens multam meritorum laudem, pluribus cum primis Legationibus & expeditionibus in negotio religionis partam, post se reliquit. Laudante illustri, Seckend. in Hist. Luth. passim. His addimus vel unicum (plures enim instituti limites non admittunt, cum gloria hujus gentis sit amplissima,) nuper admodum in strenuo cursu gloriae extinctum Rigæ apud Livonos, fortissimum heroem Georgium-Heinricum, S. Reg. Maj. Polon. & Elect. Sax. copiarum Ducem generalem &c. regis lacrymis dignum. *Bockio-*

(c) Confer. Erasmus Roter. lib. 19. Epist. ad Simon. de Pistoris, Phil. Melancht. in Orat. de Misnia, Geo. Agricola & Geo. Fabricius in Epistolis, Albinus in Chr. Misn. Tit. 25., Adamus in Vitis Jctorum n. 75, &c. Hic est ille *ex utroque Carolus*, qui dignitatem hanc illustrissimam & Imperialem A. 1552. primus genti suæ intulit, ornatus octennio antè Insignium augmento, scuto & casside duplicatis, Caroli V. Imp. beneficio.

(d) In Annal. Misn. L. 3. ad A. 1550. & 1555. quo diem suum clausit *Nicolaus*, repositus in sacello Episc. Stolpenfi. add. Dress. P. IV. Isag. Hist., Geddiccus in Conc. inaug. Templi ingenui cathedr. Misn. p. 60. De his & reliquis illustri Familiae ornamentis plura cum D. & D. suo loco.

BOCKIORUM de POLLACH celebrem quondam per Silesiam Bohemiamque familiam primus in has oras Misnicas deduxit atavus Tuus, *DOMINE*, *Georgius in Pollach*/Eqves Silesius: cujus filius *Abrahamus* in *Groß-Priesen* (quod est Bohemicæ ditionis feudum) *Klipp- & Saalhausen*/sanctiori Senatui Electoris Saxonie affidere, Curie verò Electorali supremæ Lipsiensi præsidere meruit, clarissimorum virorum elogiis Silesiæ suæ æternum ornamentum, Misniæ Nestor, harum regionum oculus & cor Ducum Saxonie (e). Hoc natus est *Abrahamus* jun. in *Groß-Priesen*/Consiliarius Elect. Saxonicus, Proavus Tuus, *DOMINE*, paterni nominis & ominis non degener hæres. Diem suum obiit A. cl. lxx. Plures transeo, inque his *Joannem*, Ernesti Electoris Sax. Purpuratum, & Ephorum *Friedrici Sapientis*, tunc Principis Electoralis, summis laudibus ornatum à Spangenbergio [f] *Nicolaum* item & *Siegefridum* Episcopos Caminenses, atque *Joannem* Decanum metropolitanæ Bremensis, multæ laudis apud *Crantzium* (g) &c. Lineam enim & insignibus hos distare auguror à nobili *Abrahami* profapia, cujus alter filius *Adolphus*, *Abrah. jun. frater*, Consilarii aulici dignatione vixit in aula Saxonum Electorali, teste *Peccenst.* (h)

G 3

Quid

- (e) His elogiis ornatur à *Fabricio & Dressero*, *Mich. Neandro* &c.
 (f) In *Hist. Molsdorf. geneal.* p. 24. seqq. 30. add. de his & aliis hujus familiæ *Chron. Freyb. Molleri* p. 3-3. 209. it. *Annal. Freyb. passim.*
 [g] *L. 3. Metrop. c. 2. & D. Mich. Praun im Adl. Europe* § 777.
 (h) *P. I. Th. Sax. c. 10. f. 123.* Ad familiam *Abrahami* pertinet quoque *Wolfgangus* ille, Ducum *Lignic. & Brieg.* Consiliarius primarius, quem *D. Franciscus Faber, JC. Breslav. Lycotragi* nobilis elogio salutat, (resp. nominis, cognom. & insignium) summisque laudibus effert ob sedatam prudentiam & autoritatem suam universam penè Silesiam, A. 1546. à Bohemiarum regno omni nisu sese avellere molientem, ob id maxime commendatum *Ferdinando Regi* &c.

Quid dicam *PFLUGIOS*, Strehlenfi sede celebres?
 Quorum abs antiqvâ scimus descendere stirpem
 Stirpe *Primislai*, qui postquam vomere glebas (i)
 Solverat, ad Regni fatô conscendit honores,
 Donatus generosa Tuô, *Lybussa*, cubili &c. Uti ille
 canit.

Rutilant ex hoc regio firmate, stellarum instar primæ magnitudinis, splendidissimus *Otto*, *Friedrici Fortis*, Principis *Misn.* & *Thuringiæ*, *Consiliarius primarius*, *Legatus & Orator*, negociorum maximè arduorum belli, quod adversus patrem degenerem ejusque affeclas, duosque Cæsares avaros, patrimonii principum inhiantes per annos benè multos gerebatur, felicissimus arbiter: donatus ob id perinclutâ sede *Strehlenfi*, quam inter tria quondam *Misniæ* fortalitia ad *Albim* numeratam fuisse tradunt; primariâ nunc arce, oppido & clientelâ nobilissimæ gentis, posteris per posteros servata, servandâq; (k). *Nicolaus & Otto* *Strehlenses*: quorum ille *Friderici I. Elect. Sax. secretior Consiliarius*, alter *Prætorio Præfectus*: uterq; ad *Concilium illud œcumenicum*

(i) De hac origine regio-Ducali, præter *Æneam Sylvium*, & omnes ferè *Bohemix* *Scriptores* probatos testantur *Insignia Illustr. Familiæ Pflugiorum*, in scuto quadrifido utrumq; aratri instrumentum, vomerem virgamq; vernantem (*Pflug-Neutel*) exhibentia, ab ipso *Primislao* ad perpetuam reigestæ memoriam recepta atq; usurpata. Ipsam verò historiam originis, jucundam licet maximeq; miram, prolixâ *Scriptorum* narratione hîc inferere, brevitatis causâ supersedemus, quæ eruditiores in tantâ referentium copiâ vix latere potest. *Disertum* qui cupit recensorem, adeat *Hagecium P. I. Chron. Boh. f. 12. seqq. & P. II. f. 144.*

(k) De perincluto quondam *Dominio s. Dynastia & munimento provinciali Strehlenfi*, ejusq; primò ex *Pflugiiis* acqvirente, *Ottone*, conferendi sunt *Joh. Garzo Bonon. in vitâ Friderici, G. Fabricius, Albinus & Peccenst. in Commentariis suis passim. add. Prodr. Hist. Misn. p. 277. Abrah. Hofem. in Geneal. Salhus. p. 17.*

cum Constantiense heri sui comes. Dehinc *Sigismundus* J. V. D. & Alberti Animosi, Achillis Germaniæ Cancellarius, Ingenuæ Misnensis Decanus, atqve heri sui, tunc Frisios debellantis, per Misniam Locumtenens (ut vocant) s. Vicarius, sed & Principum Juventutis, Henrici atqve Georgii, perpetuus Ephorus. Alter item *Sigismundus*, quem primariis aulae Cæsareæ proceribus & Senatoribus regni Boh. adscribunt (l). *Nicolaus* in *Knauthayn*/Eqves auratus, *Friederici II.* Elect. Sax. dux bellicus fortissimus, cui robur & æs triplex circumpectus erat, ob id cognominatus *ferreus*. hujusqve filius *Andreas*, in *Knauthayn* & *Störmenthal*/ *Heinrici Pii* & *Mauritii* Elect. Sax. Consiliarius laudatissimus: quô natus est *Damianus* in *Knauthayn* (m) *Ferdinandi I.* Imp. Consiliarius & Legatus splendidissimus, eloquentiæ & experientiæ laude perinclutus, ab eodem S. I. R. liberis Baronibus adscriptus, atqve opulentis per Bohemiam clientelis adauctus &c. Frater avi Tui, *DOMINE, Valentini* in *Knauthayn*/cujus filii masculo hærede destituti avitam hanc domum *Knauthaynensem* (quæ à familiâ hujus nominis, cujus mentio fit apud *Pirnensem* & *Garzonem* in *Hist. Friedrici Adm. & Dizmanni*, ad *Pflugios* pervenerat) affinitatis jure ad *Schoenbergios Francobergenses* transtulerunt, indeqve ad *Dieskavios*, in quorum possessione huc usqve perdurat (n). His addimus *Damianum* in *Posterstein*/ ob diuturna itinera, cursumqve studiorum maximam partem in Italia peractum, dictum *Italum* (*Welsche Pflug*): Cæsarem in *Entra* & *Mausis*/ *Satra-*

(l) Confer. *Albinus* in *Chron. Misn. Fit.* XXV. f. 338. & *Peccenst.* P. I. Th. Sax. c. 10.

(m) add. verba *Albini* c. 1. *Diesen haben grosse Herren wegen seiner Erudition und Beredsamkeit in Legationen offters gebrauchet/ er soll auch eruditè Latein geschrieben haben. hat A. 1543. noch zu Bononien studirt. plura de eo ap. Peccenst. c. L.*

[n] conf. post alleg. *Autores Prodromus Hist. Misn.* p. 323. 522. 547.

Satrapam Pegaviensem, Equitem auratum &c. virum raræ prudentiæ & eruditionis, summæque apud Georgium Ducem Sax. (cum quô adoleverat) autoritatis (o), patrem incomparabilis illius *JULII*, S. I. R. Principis & ultimi Antistitis Numburgo-Citizenensis, atque Decani Misnensis, quem non familiæ solum, regiâ stirpe oriundæ, sed tótius per Germaniam Nobilitatis eruditæ, æternum decus atque ornamentum summi seculi viri, Erasmus Roterod. Petrus Mosellanus, Phil. Melancton, Fabricius, Dresserus &c. collaudant (p). hisque per plures, utriusque gloriæ laudibus eminentes, quos brevitas causâ uberiori deductioni reservamus: unicô superaddito ex modernis illustr. Familiæ heroibus, *Jo. Sigismundo*, prætorianæ militiæ regiæ Polono-Saxonicæ summo duce &c.

Weisbach,

WEISBACHIORUM, pervetustam celebremque per S. Imperii fines familiam, post extinctos *Meldingos* S. I. R. Equitum hæreditariorum Quatuorviratû ornavit, Comitibusque Imperii æqvavit Maximilianus I. Imperator Augustus, ducem suum bellicum, *OTTONEM*, Equitem Misnicum, ob illustria merita gesta que propriô motû in Comitibus Augustanis A. cl. l. xix. solenniter inaugurando, & per quinque feciales (quos Heraldos vocant) Imperii publicè ad id proclamando (q). Huic meritò annumerandus est togatâ gloria sublimis

[o] multi sunt in hujus Laudibus P. Mosellanus, Fabricius & Albinus.

[p] præter cit. autores summariam ejus historiam recenset Alb. in Chron. Misn. f. 357. Joh. Sturmii Argentor. in præf. lib. de Nobilitate erudita ad Antonium & Philippum Wertheros, Beichlingæ dominos: Sleidanus passim, Thuanus L. 13. Histor. &c. Hôc enim *Julio*, & *Christoph. Carolobitio*, suo loco laudato, in Scriptis eruditorum ejus ævi nihil sublimius, nihil magnificentius, ex omni Germanicâ Nobilitate eruditâ reperire licet; quorum laudes non paginas, sed commentarios sibi deponunt.

(q). Modum solennissimæ hujus inaugurationis describunt Spangenb.

sublimis, Reverendissimus *Joannes*, J. U. Doctor, post S. I. Princeps & summus Ingenuæ Misnensis Antistes, celeberrimæ laudis, maximæque apud Ernestum & Albertum Elect. & Duces Saxoniae, sed & Georgium Podiebradium Bohemorum regem, ipsosque adeo Imp. Augustos autoritatis: quem valde suum quoque habuit Ernestus, Ernesti El. Sax. filius, tunc Primas Germaniæ Magdeburgicus (r.) Patrem habuit *Otto*, primò locò laudatus, *Hermannum*, Principum Saxoniae Consiliarium gravissimum, Præsidem Franconiae & Terræ Variscorum, quæ Misniæ nostræ & Australis terræ cis-Salanæ pars est: filium *Wolfgangum* in utrumque *Schönfels* [quod hodiernum illustris familiæ sedes est hæreditaria magnifica, in agrò Zviccaviensi) Equitem auratum, & Equitum S. I. R. Quatuorvirum, Ducum atque Electorum Saxoniae Consiliarium & Satrapam Zviccaviensem magnæ laudis, quem *Cor Patriæ Patriæq; Parentum, & sui maximam curam Ducis* &c. eruditi celebrant carminibus. Hòc natus est *Joannes* in utrumque *Wolfers* & *Meistersdorf*/ Bohemicae ditionis feuda, abavus Tuus, *DOMINE*, maternus. Decætero, laudes *Weisbachiorum* justum sibi volumen deprecere, non lineas aut pagellas, non ineptè judicat Peccensteinus (s.)

WOLFERSDORF communiter Wilsdorf s. potius *Wulfersdorf* Wolfersd.
H dorf

P. II. U. S. f. 219. 223. b & Peccenst. P. I. Th. Sax. f. III. seqq. mentionem quoque ejus faciunt Mon. Pirnensis in Onom. & Sleidanus, cum Script. Act. public. Imp.

(r.) Not. de generositate ejus verba Fabricii L. VII. O. S. f. 786. Ernestus Elector A. 1480. cum delectò nobilium equitatù Romam ivit religionis causâ. Fuit in comitatù *Joannes V.* Præful-Misnensis, vir cum primis magnificus, rarò intempris, perpetuò in aulis, modò regis Bohemiae modò Ducum Saxoniae &c.

(s.) in historia hujus gentis c. I. ubi addit: in nullâ aliâ familiâ Misnicâ Equites auratos reperiri æquè multos, atque in hac ipsâ Weisbachianâ.

dorff efferunt, à lupa, quam in Insigniis gentilitiis [t.] circumferunt, & primaria quondam sede Wolferdorff in Bohemiâ, quam primus Weisbachiorum genti intulit Abavus Tuus, DOMINE, Joannes modo laudatus. Celebratur ex his *Georgius*, Ernesti Elect. Saxoniae secretior Consiliarius, primae in his terrae sancitae atque promulgatae Ordinationis (ut vocant) provincialis autor, cooperantibus Joanne Metfchiô Prætorio Præfectô, & Joanne Poligrapho tunc Cancellariô. laud. Geo. Agricolâ, primo Misniae Historiographo ordinariô, in erudita Orat. de Ernesto & Alberto. *Filium* is habuit *cognominem*, Jo. Friedrici Elect. Sax. Magnanimi ducem bellicum, summumque copiarum præfectum, quæ Regi Franciæ tunc in auxilium ablegabantur. His aliquot seculis prior inclaruit *Philippus*, auratae militiae Eqves, quem dignum habuit gloriosissimus Saxo, Henricus Auceps Imp. Augustus, quin unâ cum Adamo ab Hohenklingen Obetricis malefidis Ephorus (u) præficeretur circa A.C. Dccccxxx. & qui famosissimæ Hunnorum cladi prope Merseburgum A.C. Dcccc xxxii. non sine insigni sui laude interfuisse traditur, *Ariovistus* s. Ernestus *Wolferdorffius*, magni apud Henricum Imperatorem atque Bertholdum Bavarum (cui aliquot annis antè in Hunnorum congressû prope Jechenburgum militaverat) existimationis. collaudantibus Emsero, Spalatino, Brotufiô, & qui his priores gloriosè gesta Henrici Aucupis stylô historicô adumbrarunt. *Vitigonem* ob fortes
ausus

(t.) Sunt, qui distinguunt in Wolfers- & Wülfers- s. Wilsdorffios: iis lupum sui coloris in scutô aureô; his lupam atrii coloris erectam in scutô argenteô qualis visitur in I. I. Fuggeri *Desterr. Ehren-Spiegel* ex recens. Birck. f. 977): quæ tamen differentia ap. modernos pictores rarò attenditur, cum non tam sanguine, quam lineâ quadam inter se differant.

(u.) Ref. Spangenberg, P. II, U. S. f. 204.

ausus & strenuè gesta contra Saracenos, quibus, ductu Conradi Magni Marchionis Misniae, sub signis Conradi Svevi Imper. in expugnatione Damasci, Syriae urbis, omnibus anteivit, magnoperè laudant monumenta Lauerbergensia, & Matth. Sarcetorius in hist. hujus Expeditionis. *Georgium & Dietericum* strenuos milites (ita *Aeneae Sylvio* audiunt in Hist. Boh.) pari laude ornant Scriptores Belli Hussitici, & imprimis funesti illius conflictus propè Austiam: ejusdemque ætatis *virum animo & robore militari insignem, Guilielimum, Friederici II. Elect. Sax. ducem bellicum, magni apud herum militemque suum æstimii. Gothofredum* inter duces bellicos Maximiliani I. Imper. celebrat Dubravius, ob *Novam urbem* propè Viennam stupendâ, & planè incomparabili fortitudine atque dexteritate defensam, Matthiæ Hunniadi, qui magno eam confluxu copiarum atque apparatus bellicò acriter impugnabat, omni aurò potiozem æstimatum. At quanta laus, à tam laudatò heroè, rege-hoste, laudari! Unicum addimus ex recentioribus, *Joannem* in *Waltersdorff*/ Christiani I. Elect. Sax. Prætorio Præfectum, secretiorem Consiliarium, *Ærarii* Principis Senatorem & Satrapam Levcopetræum, laudatum Peccensteinio (x) qui originem gentis ab Elisiis repetit, sive Lusatis, propter primarias & avitas sedes eorum finium, ex quibus colonias quasi deductas esse autumat in has Saxonicas oras.

Epilogus.

Nobilitas, si qua longâ majorum profapia clara est, omnium meretur venerationem, & instar monetæ antiqvæ ab omnibus existimatur. probata rectè judicante Limneò. (y) Consentaneum enim est, meliores esse naturas ex nobili genere

H 2

nere

(x.) P. I. Th. Sax. c. 19. ubi plura familiæ ornamenta recensentur.

(y.) Lib. 6. de Jure P. c. 5. n. 52. cui adstipulatur Basilius M. Serm. 1. de jejun. Quicquid, inqviens, vetustate excellit, venerabile est. omne enim fit per antiquitatem nobilius.

nere natas, & ex melioribus ortos esse meliores; quia verosimile est, probum ex probis, & benè educatum in bonum virum evadere &c. inquit Aristoteles, & divinus ante eum Plato, qui quatuor Nobilitatis genera constituit præcipua: primum omnium eorum, qui bonis, justis, laudatisque parentibus sunt orti: quorum majores sederunt ad gubernacula rerum: quorum parentes non virtute modo potentiaque superiores, sed rebus quoque præclare gestis inclaruêrunt: qui denique à parentibus acceptam virtutis, dignitatis, fortitudinis laudem propriâ eruditione ac virtute augere conantur, seque eo reddunt summis Deorum gratos & imis &c. *Honorandus demum meritò, est quem ob virtutem probatam ipse Princeps honorat* (z).

Hoyers-
werd. Histo-
ria.

Quod restat, brevem quandam historiam perincluti, & per omnes Lusatorum fines multis inde retrò seculis primarii (a) æstimati *Domini*, castri & oppidi *HOYERSWERDENSIS*, quod nunc emptionis jure Tui factum juris est, *DOMINE*, novamque gestit *Beichlingiani nominis Comitibus* fundare domum, subnectere, animò constitueram: sed raritas monumentorum Lusatiæ, & negligentia Scriptorum tam cultæ regionis, quæ tot ferè [in districtu cum primis Hexapolitano] literatos alit, quot cives, etiam institutò breviorum esse imperat. Familiam hujus nominis illustrem, aut quibus usi quondam fuerint insignibus *Domini* f. Baronatus titulò Hoyerswerdensis, nullibi adverto: inducunt me tamen verba Instrumenti (b) quò A. post C. N. cl

(z.) L. restituend. C. de Advoc. diversorum Judic.

(a.) Die oberste Erb- und Standes-Herrschaft im Marggr. Ober-Lausitz Scriptoribus audit.

(b.) Daß die Beste Hoyerswerda von der Cron Böhemb und Marggraffthumb Ober-Lausitz nicht solle veralieniret oder verpfändet werden. &c.

eb ccccxlvi. jura & immunitates confirmavit ordinibus Lusatiae [quam valde suam semper habuit) Carolus IV. Imperator, & Rex Bohemiae &c. ut credam, nobile hoc Dominium à primis indè temporibus patrimonio Principum Marchiae Budissinensis, Regumque & Ducum Bohemiae, annumeratum fuisse: ob divites proventus, delicias Dianéas, munitionem naturalem, quam cæduæ sylvæ udaqve terra formant, &c. ab ipsis pluris aestimatum.

Ducentis ferè abhinc annis *Hoyerswerdam* tenuerunt *Maltitii Dippoldiswaldenses* (c.) illustris atqve opulenta quondam Misniae Familia, Lufaticæ originis (*), quorum posteritas Elsterwerdam (avitam Hoyerswerdensis lineæ clientelam) etiamnum servat. His emptionis jure successerunt circa initium seculi XVI. ti illustrissimi Barones de Schœnburg, Glaucha & Waldenburg &c. Dahlenst. Hohnstein, Lohm. & Wehlf. Dominiorum tunc Domini, (d) qui majores Tuos, *DOMINE*, paternos affinitate tangunt. Ab his ad Illustrissimos Comites & Banderesios à *Promnitz* transisse perhibetur [e]: indè ad *Ponicavios*, amplissimam quondam atqve opulentam per utramque Lusatiam, nunc Misnicam familiam, qui perinclutum Dominium finitò bello tricennali Potentissimo Saxoni, Jo. Geo. Imo, Principi Electori gloriosissimo, vendiderunt. Hoc patrimonio suo adscriptum voluit, eidemque Satrapam præfecit, additò *Quæstore* (f.) Jo. Georgius *Primus*, servavit *Secundus*, summis in

H 3

deli-

(c.) Ex chronicis gentis libris allegat Peccenst. P. I Th. Sax. c. 10. ultimum ex Maltitiis Hoyersw. Sigismundum, Georgii Ducis Sax. Confiliarium Prætorioque Præfectum &c.

[d.] Mon. Pirnensis verba sunt: *Hoyerswerda Schloß und Stadt/3. M. von Camenz/ 1. von Senfftenberg. Das hatte A. 1530. Herr Wilhelm von Schönburg.*

(e.) Ita legitur apud Libor, Vulturum in Hist. belli tricennal. p. m. 4.

(f.) *Ambts-Hauptmann und Ambts-Boigt.*

deliciis habuit *Tertius*, nec vulgari amplexus est favore huius nominis *Quartus*, & ipse demum augustissimus Rex noster *FRIEDERICUS-AUGUSTUS*: qui postquam Dominia Regnis permutare cœpisset, nec vulgares Tibi grates referre, DOMINE, secum reputasset, quid obstitit quæso, quò minus petitis tam honestis deferret, pretioque oblato satis digno cederet. Decætero, *Hoyerswerdam* locò peramœno ad nigrum Elystrum [qui in agro Camenicensi proximaque Elstræ oppidi vicinitate fontes suos habet) in Marchia Budissinensi, quâ Lusatiam inferiorem Misniamque versus terminat, sitam esse, nemò facile ignorat. Hunc regii *Dominii* pervetusti *Budsetz* partem facit Leuberus (g); alii inferiori Lusatiae, quæ Marchiæ orientalis titulo quondam gaudebat, à primis illis temporibus annumeratam malunt (h). Quicquid sit, utraqve magno Wittekindo ejusque regiæ posteritati per secula paruit. Illam magnus Saxo connubiorum jure cum Svatanâ, Principis Budissin-Czechorum Zechi, filia obtinuit: hanc (inferiorem) sui juris fecit, Beichlingianæ gentis augusta origo, Henricus I. Imperator, eandem nomini & imperio Germanorum inseruit, Marchiam constituit, eidemque ex agnatis suis præfecit Geronem, cui per aliquot secula Marchiones Misnenses atque orientales hæreditario jure successerunt (i). Oppidum *Hoyerswerdam* (quod ab *Hojero* quodam conditore denominatum autumo, quasi dicas *Hojeri*
Vera

[*] Insignia oppidi Hoyersw. tres quercus glandiferas sui coloris præferunt in area argenteâ: eademque ipsius *Dominii* quondam Scutum representasse auguror.

(g.) D. Benj. Leuber, vom Ursprunge des Schlosses Ortenburg zu Budissin f. 38. 53.

(h.) Autor novæ Descript. utriusque Lusatiae in 8vô. p. 10.

(i.) Conf. Ditmarus Merseb. l. 1, Chron. & Albinus Chron. Misn. f. 405.

Verdam s. *Werder* / vicinæ instar *Verdæ* Episcopalis) ornatû architectonico prævalens, trigeminô flammæ furore diversorum annorum (k) tantum non penitus vastatum, renovatum semper caput extulit nitidius, Phœnicis instar ex cineribus. Tantum!

De Scipione Africano, summo Romani nominis heroë, *Epilogus* autores referunt, eum non in toga solum & otio dio, sed sub mediis etiam bellicis motibus, jucundo eruditorum consortio delectatum in tantum fuisse, ut liber semper eruditis ad eum patuerit aditus, gravissimis licet curis negotiisque intentum. Ardua Tua, quibus distineris, *DOMINE*, omnibus nota, nec ignotus summus in literas & literatos favor Tuus, qui serenum vultum chartis hiscè promittit, summæ in Te, *DOMINE*, nomenque *Beichlingianum* devotionis testibus.

Quæ votô cœpi, votô demùm finio, ut constans sit atque perpetuus Augustissimi Regis Tui, *DOMINE*, quem tot illustribus meritis demereris, in Te favor, & regno & patriæ salutaris, novumque indies induat virorem *Beichlingianum* nomen, per tot retrò secula jubar diffundens suum, atque augustale decus, nascendi sorte quondam datum, nunc novo sese exerens nitore, perennet usque ad finem mundi!

[k.] A. 1639-1656, 1680, add. Lusatographus modô citatus p. 37, seq.



CORRIGENDA.

Pag. 4. Lin. 3. elogiô, ib. Lin. penult. G. J. Voff. Pag. 5. in Annot. lin. 1.
Sibyllæ. P. 7. l. 13. Posteritati, ib. l. antepen. Saxonix. P. 10. in Annot. l. 14.
utriusq;. P. 11. circa finem, Enzelius. ib. L. ult. anteibat, elogio. P. 13. l. 2.
Brunonis vici (f. Brunsvicenf. &c.) ib. in Annot. l. 2. Marchiones. P. 16.
in Annot. l. 8. armorialis. P. 19. in Annot. L. 4. regendam. P. 21. l. 23.
Vieha f. Wiehe an der Bnstrut. P. 23. l. 5. Archontis, ib. in Annot. l. 7.
leg. pag. III. pro p. III. P. 24. l. 8. aliisq;, ib. l. 17. Trewe pro Urnee.
P. 26. l. 4. Saxenburg, ibid. l. 11. seq. Henr. & Günth. fratres de Schwartzb.
P. 27. l. 15. ferè pro vere. P. 30. l. penult. In hâc. P. 32. l. 3. Fehde. Brief.
P. 36. l. antepen. Rohrbach. P. 40. l. 10. Heros. P. 45. l. 18. Balthafarem,
ib. in Annot. l. 3. leg. fol. 306. P. 46. in Annot. l. 5. apud Casp. Sagitt. ib.
l. 8. Wangenheimii. P. 49. l. II. Misnici, ib. in Annot. l. 5. brabia, l. 7.
Simnat. P. 50. l. 3. prætereundam, l. 7. atq;, l. 15. Cæsareus. P. 52. l. 14
cûprimis. P. 53. in Annot. l. 3. pag. 373.

*Reliquis, quæ Typothetæ subrepperunt, sphalmatibus
L. B. pro bonitate sua condonabit.*

ADDENDA.

Qvà Insignia in Annot. pag. 16. In Castro Doloris æneô Illustris-
simi Domini Jo, Martini S. I. R. Comitis à Stolberg &c. quod pro-
diit Lipsiæ A. 1670. Scutum *Beichlingianum*, inter Insignia illu-
strium majorum lineæ maternæ eâdem apparet facie, qualem ex libro ar-
moriali Norimb. depinximus. Nunc renovatâ pristinâ Dignitate atqve
Illustrissimô Domino Magno Cancellario nostro S. I. R. Comitibus denuo
adscriptô, S. Cæs. Majestati clementissimè placuit, Insigniis superaddere
augmentum, eâ formâ, qualem in prima figura æneâ sub Icone Illustris-
simi Domini Cancellarii insertum cernere licet.

Pag. 22. lin. 5. *Gebassa ad Onestrum* &c. cujus amplissimi pagi parœ-
ciæqve jurisdictio Abbatem Portensem quondam agnoscebat superiorem.
annotante Pertuchiô lib. II. Chron. Port. p. 368.

Pag. 41. lin. 8. Eminent ex his: JOANNES, Tritavus Tuus, Domine,
cujus thori focia Agnes à *Wildenstein*, liberæ Francon. Nobilitatis: HER-
MANNUS, Colledæ Dominus, Atavus Tuus, cum illustri thori con-
sorte, *Sbylla à Sib'othheim*: MAURITIUS pater, abavus; & MAU-
RITIUS filius, proavus Tuus &c.

Ibid. lin. 14. seqq. Prodierunt Illustris ac Reverendissimi hujus Senis,
DIETERICI-WILHELMI à BEICHLINGEN &c, (qui statione suâ, quam
summis laudibus ornaverat, decessit Wurcenæ Kalendis Augusti
clb lxxlvii. sexagenario propior, ibidem magnæ matri commendatus in
summo Templô cathedrali) Acta feralia Lipsiæ 1654. in officina Witt-
gaviana: à prudentia & eruditione, summa pietate, candoreqve verè
Germanô abundè laudati venerando Antistiti, D. Christoph. Busæo, tunc
Ingenui Præfulatûs Misnens. Superint. Wurcinenfi Confessionario &
ad bustum præconi &c. ex cujus verbis seqq. hûc transferre, & sciolo-
rum quorundam scrupis (præter suprâ inserta testimonia satis firma) op-
ponere consultò duximus, quò clarior extet modernorum *Beichlingorum*
cum priscis sui nominis Comitibus necessitudo: Es ist auch der seelige
Herr Stifts-Rath kein gemeiner von Adel/ sondern aus uhralten ho-
hen Stamme entsprossen/ massen man aus denen Chronicken die Ge-
wisheit hat/ daß länger als vor 1000 Jahren die Tetrarchen des Kê-
nigreichs Sachsen HERMANN von BEICHLINGEN gewesen.
Ja es hat dieses Geschlecht den Hoch-Gräfflichen Stand geführet/ und
sind A. 1547. zwey Grafen von Beichlingen mit Churf Johann-Fried-
richen/ hoher Gedächtnis/ ins Feld gezogen/ davon der Aeltere nach er-
littener Niederlage auf der Lothauer Heyde gen Wittenberg entkom-
men/ der Jüngere aber von den Käyserlichen mit gefangen worden.
Hæc

Hæc in Exordio laudationis funebris venerab. Antistitis, & ad bustum.
Panegyristæ. In Personalibus verò s. Curriculô Vitæ subnexô seqq. re-
petuntur ex Documentis Familiæ domesticis: Was nun des Hochseel.
Herrn Stiffts-Raths und Decani hohes Herkommen belanget/ so ist
(so viel man noch gewisse Nachricht hat/ weil in den vielfältigen Plün-
derungen und Brande alles von dem seeligen Herrn Stiffts-Rath selbst
aufgezeichnete weggenommen und verdorben) derselbe aus einem hohen/
ubralten/ und in Düringen wohlbekannten vornehmen Stamme/
Darinnen auch Gräfliche Standes-Personen zu befinden/
wie diejenigen Zeugniß geben können/ denen der Düringische Adel und
Ritterschafft bekannt; nemlich aus dem Geschlechte derer von Reich-
lingen ꝛc. den 12 Novemb. 1587. auf dem Hause Colleda oder R.
Kölln geböhren. Colleda itaqve, s. Colonia ad Onetrum, medietullium
quasi perincluti quondam Comitatus, & primarium oppidum, Familiæqve
illustrissimæ Conditorium Magni Domini Cancellarii nostri avita Domus:
sed & tessera gentilitia, quæ ipsius Comitatus antiquissimi Insignis quæ
scutum, quæ cassidis ornamenta, undiqve respondent, & si quæ alia sunt
argumenta, supra adducta, atqve testimoniis Autorum probatæ autori-
tatis firmata, de arctâ necessitudine utriusque lineæ satis testantur.







Nh 1450^a

8^v

ULB Halle

3


004 097 955



VD 17

n.c.





(aut. J. Cons. Knauth.)

an 1

AUGUSTÆ
LINGIORUM

ORIGINES,
XONUM AUGUSTÆ
VE POLONORUM
MAGNO


CELLARIO

ANCTIORI SENATORI,
ISSIMO DOMINO,
OMINO
NGO-DIETERICO
S. I. R.

BEICHLINGIO,
ati Hoyersverdensis Domino,
HEROI,
datum est Summo

S.

titium Bodenehr, Chalcographum,
ERNANTIS ÆRÆ JUBILEO,
ypis Schrötelianis.



B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Inches

Centimetres

